FR. IO: BAPTISTA
DE MARINIS

Sacræ Theologiæ Profeſſor,
AC TOTIVS ORDINIS PRAEDICATORVM
humilis Magiſter Generalis & Seruus.

Omnibus eiuſdem Ordinis Fratribus, ac Sororibus ſalutem in Domino.

EMaculatius & accuratius, necnon ad Sac. Religionis noſtræ vſum commodiùs, quam hactenus edituri Proceſſionarium, librum hunc nigris lineis, quæ vt vno eodemque ductu cum notis faciliùs, ita correctiùs eduntur, nouis eum in finem inciſis Typis, non minori in cæteris adhibita diligentia edi curauimus: ſic ſperantes aut nullos, aut ſaltem quam paucos fore errores in muſicis notis, qui aures deuotionemque veſtram, vel adſtantium poſſint offendere; reſq; Diuinas ſuauiùs, vt ſapientiùs, ſanctiùſque pro votis noſtris impoſterum decantandas. Id autem vt faciliùs poſſitis, non ſolum quæ annuatim in Proceſſionibus cantari ſolent, iſtique Proceſſionario vltimis editionibus ſub noſtris Deceſſoribus addita ſunt, ceu Cãtus noſtri rudimẽta, regulaſque generales addi voluimus; verum etiam, attẽta librorum Choralium ad diuina officia decantanda raritate, operoſitate, caritate, minoribuſque in

Conuentibus eos vix extare, ob temporum bellique iniuriam; aut in maioribus è choro non facile educi poſſe, & ad Nouitiatum transferri, vt Nouitij in cantu, ex præſcripto Conſtit. noſtrarum, inſtituantur: In Nouitiorũ, & Iuuenum, necnon minorum Conuẽtuum gratiã, ad calcem libri Modũ intonandi, & cantandi, toto ferè anno Inuitatoria, Añas, Pſalmos, Verſiculos, Reſponſoria, multaque alia ex Indice videnda, adijcienda duximus, vnà cum omnibus Hymnis totius Anni, qui in Proceſſionibus poſſunt cantari, nonnulliſque alijs, quæ in Pſalterijs deſiderantur in Ordine noſtro ſolemni ritu cantari ſolitis; (dudum licet promiſſa noſtris ab Antecèſſoribus;) plura eo in genere addituri, ſi ea præambula ad cultus diuini augmentum & Iuuenum inſtitutionem profuiſſe viderimus, prout profutura confidimus; omnibus huius libelli ope habituris in cella, vnde; quæ Cantus noſtri ſunt, compendio diſcant, & quæ illis fuerint in Choro cantanda, facili negotio præuideant, ad terribile illud Sapientis attenti & pauidi oraculum, Maledicti qui opus Dei faciunt negligenter. Quod malum vt Deus à vobis auertat, noſtra prouidentia vt vtamini vos etiam atque etiam hortamur Patris voce, & authoritate, noſtrique coram Deo diuina inter officia memores eſſe velitis.

Datum Romæ die 3. Maij 1661.

Aſsump. noſtræ anno XI.

Fr. Iácobus Barelerius Mag. & Socius.

SVM-

SVMMA PRIVILEGII
INNOCENTII X.

SAnctiſſimus Dominus Noſter INNOCENTIVS Papa X. Magiſtri Generalis Ordini Prædicatorum votis, & ſupplicationibus inclinatus, quibus exponens vt intenderet Miſſalia, Breuiaria, Proceſſionaria & alios libros Chorales ad vſum, & expenſis præfati Ordinis typis mandare; verereturque ne alij eoſdem libros poſtea, nec ea, qua expedit, ſedulitate, & caſtigatione edi curent, humiliter ſupplicabat, vt ſibi deſuper Sanctiſſimus de benignitate Apoſtolica opportunè prouidere dignaretur; Vniuerſis & ſingulis vtriuſque ſexus fidelibus, maximè vero Impreſſoribus, & Bibliopolis vbique terrarum exiſtentibus, ſub pœnis excommunicationis latæ ſententiæ; perſonis verò Sedi Apoſtolicæ temporaliter ſubiectis quingentorum ducatorum auri de Camera & amiſſionis librorum, aut typorum omnium ipſo facto incurrendis inhibuit, nè infra viginti annos à die perfectæ editionis eiuſmodi librorum computandos Proceſſionaria, Miſsalia, Breuiaria, alioſque libros Chorales quoſcumque ad vſum præfati Ordinis, vel eorum aliquos, aliquamuè partem ſine licentia Magiſtri Ordinis imprimere, vel ab alijs impreſsos vendere, ſeu venales habere, aut proponere quouis modo audeant aut præſumant: quibuſcumque in contrarium non obſtantibus, vt amplius habetur in Breui dato Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 3. Aprilis Anno Domini M.DC.LI. Pontificatus ſui VII.

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICVS XIV. Dei gratia Galliarum & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus ſingulari priuilegio conceſſit Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, vt in ſuo Regno publicis typis mandare poſſit Breuiaria, Miſſalia, Diurna, Collectaria, Pſalteria, Proceſſionaria alioſque libros Chorales ad vſum, & ritum præfati Ordinis Prædicatorum, ſanxitque ne quis, cuiuſcunque dignitatis ſit & conditionis, intra nouennium à die prima editionis ſingulorum operum, præfatos libros ſub quocumque prætextu, abſque licentia præfati Generalis Magiſtri imprimat aut imprimi faciat, vel ab alijs impreſſos vendat aut diſtribuat ſub pœnis ſex mille librarum Gallicarum, confiſcationis librorum, alijſque in originali latiùs expreſſis: adeo vt exſcripto vel exemplari in capite vel in calce præfatorum librorum impreſſo, eadem, quæ originali diplomatis Regij fides, dictumque priuilegium ſic pro legitimè publicato habeatur. Ita Datum Pariſijs die 28. Aprilis 1653. Et de Regio mandato ſignatum.

Daudiguier.

PROCESSIONARIVM IVXTA RITVM SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

De Proceſſionibus in genere.

CVM imminet aliqua proceſſio facienda, Sacriſta prouideat de omnibus ad eam deferendis. Cantor vero de his quæ legenda ſunt, & cantanda, & de miniſtris ad quæcumque facienda ſollicitandis, & inſtruendis, & aſſignandis illis, qui non fuerint per tabulam aſſignati. Et ſi viſum fuerit expediens, ante proceſſionem cauti reddantur Fratres, & inſtruantur circa ſingula facienda.

Prouidendum eſt autem in omni proceſſione publica, quod Fratres omnes ſint in vniformi habitu, videlicet vel in caputijs, vel cappis ſecundum exigentiam temporis, & Prælati præceptum.

Cum incipit proceſſio, Cantor curam habeat de combinandis decenter Fratribus: qui combinationem huiuſmodi ſtudeant obſeruare.

Cum incedunt, vel collocant ſe in aliqua ſtatione, non ſint nimis propinqui, nec nimis diſtantes, ſed mediocriter; ita vt inter Fratrem & Fratrem mediet locus vnius, vbi loci capacitas hoc permittit.

Cantoris eſt inſtruere præcedentes, in quo loco ſubſiſtere debeant in qualibet ſtatione.

Fratres diligenter præuideant quæ cantanda fuerint, aut dicenda.

Hoc autem obſeruandum eſt in omni proceſſione, in qua portantur cerei, quod portetur in cãdelabris.

Antiphona, vel Reſponſoria notata pro introitu Eccleſiæ incipiantur ab eo, qui facit officium, Cantore ei deferente, vel à Cantore, ſi ipſe minus idoneus fuerit ad incipiendum.

Ille, vel illi, qui incipiunt id quod eſt cantandum in inchoatione proceſſionis, quando incipiunt, vultum vertant ad altare: qui vero cantant Verſus in proceſſione, vertant vultum ad Crucem.

Cum verò ſimul incipiunt aliquid, vel cãtant Cantores, vel alij Fratres, debẽt ſtare in medio Cõuentus.

Vbi vero paucitas Fratrum fuerit notabilis, poteſt minui de ſolẽnitate infra notata in proceſſionibus, & in alijs; vel ex toto poteſt dimitti proceſſio, ſi competenter fieri non poteſt propter paucitatem Fratrũ: Et in choro legi poſſunt, & cantari, quæ in proceſſionibus legi ſolent, vel cantari, ſi Prælato viſum fuerit.

De ſtationum quoque loco poteſt Prælatus aliter ordinare, quàm notatum ſit infra, de conſilio Fratrum diſcretorum, ſicut ei viſum fuerit expedire.

Quando aliqua proceſſio in Dominica fuerit celebranda, dicta Tertia, vel Sexta ante Miſſam, venientibus Fratribus in Eccleſiam, priuſquam aliquid cantetur de cantandis in Proceſſione, fiat aſperſio aquæ benedictæ more ſolito.


AD

AD ASPERSIONEM AQVAE BENEDICTAE

extra tempus Paſchale, Antiphona.



tu i-



IN RESVRRECTIONE DOMINI,

& per totum tempus Paſchale. Antiph.




In

In die Sancto Paſchæ.




℣. Hæc eſt di es quam fe cit Do minus,




e xul témus, & læ té mur in e a.

Per totum reſiduum Reſurrectionis.




℣. Confité mini Domino quoni am



bonus, quó ni am in ſæcu lũ mi ſeri cor di a e ius.

In die Pentecoſtes.



℣. Emítte ſpí ri tum tu um, & cre a bún-



tur, & re no uá bis fa ci em ter ræ.

℣. Oſtende nobis &c. ℟. Et ſalutáre tuũ da nobis.

Tempore Reſurrectionis additur, allelúia.

Dominus vobiſcum. Orémus. Oratio.

EXáudi nos Dómine, ſancte Pater omnípotens, ætérne Deus, & mittere dignáre ſanctum Angelum

gelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, viſitet, & defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

DE PROCESSIONE.

Dominicæ in Ramis Palmarum.


DOminica in Ramis palmarum, finita Tertia, Prior cum cappa ſericea alba, & Diaconus cum Miſſali, & Subdiaconus cum libro Euangeliorum ſericis eiuſdem coloris induti, præcedentibus Acolythis in albis ſine cereis in chorum veniát, & aqua benedicta more ſolito aſperſa, Prior ſtans ante gradus presbyterij, verſo vultu ad altare, Diacono ante ipſum tenẽte Miſſale, ramos arborum ſuper gradus presbyterij à Sacriſta collocatos, ita vt ſint ad dexteram ipſius Prioris, benedicat eo tono, quo dicuntur Orationes ad Horas.

Benedictio ramorum Dóminus vobíſcum. Oratio.


O mnipotens ſempitérne Redémptor, qui de, &c.


Finita benedictione Prior aſpergat ramos aqua benedicta, altero Acolythorum ei aſperſoriũ dante. Deinde Cantor ramum Priori offerens incipiat Antiph.







Et Conuentus ipſam & aliam, ſcilicet. Pueri Hebræórum veſtiménta proſternébant in via. Cantore incipiendam proſequatur, cantando ipſam, & repetendo, prout neceſſe fuerit, dum rami diſtribuuntur. Antiphona.










Sacriſta vero primò ramos miniſtris diſtribuat, deinde Fratribus, incipiens in dextro choro à Superioribus, & alter Frater, cui ipſe innuerit, in ſiniſtro, poſtmodum Fratribus Conuerſis. Dum rami diſtribuuntur, Acolythi ad ſacriſtiam euntes cereos afferant:



Dum prædicta Antiphona cantatur, fiat prima ſtatio in prima parte clauſtri. In quacumq; autẽ ſtatione cruciferarius & ceroferarij vultus ſuos, & imaginem Crucifixi verſos habeãt ad Conuentũ, niſi fortè fieret ſtatio ante exteriorem introitum eccleſiæ, vel chori, tunc enim prædicti miniſtri vertere debẽt vultus ad altare, imagine tamen Crucifixi verſa ad Conuentum. Prior autem ſtãs vltimo cũ Diacono & Subdiacono, vt prędictum eſt, vultus ſuos verſos habeant ad crucem: cæteri Fratres ſtent verſis vultibus ad ſe inuicẽ. Deferens vero aquã benedictã, depoſita aqua ante crucẽ, collocet ſe vltimo loco in choro ſuo, ſi eſt Clericus: vel ſtet aliquantulũ retrò Crucẽ, ſi eſt Conuerſus. Finita Aña præced. à Cãtoribus inchoantibus

Añam. Collegérunt. procedatur ad ſecundam ſtationem, quæ fiat in tertia parte clauſtri. Antiphona.






Finita prædicta Antiphona, dum ſit ſecunda ſtatio, duo Fratres in medio proceſſionis cantent ℣.






Cum autẽ incoabitur poſt ℣. reſumptio. Quid fácimus. Procedatur ad tertiam ſtationem, quæ fiat ante introitum Eccleſiæ anteriorem, vel in Eccleſię laicorum, ante introitum chori. Finita reſumptione prædicta, Cantores genua flectendo incipiant Añam. Aue rex noſter Fili. In cuius inceptione fratres omnes (prę ter cruciferarium & ceroferarios) verſis vultibus ad Crucẽ genua flectentes Añam proſequatur. Cum autem dixerint. Redẽmptor mundi. omnes ſe erigant ſtantes verſi ad Crucem vſque ad finem Antiphonæ.





uid Re démp tor mun di quem
Pro phé tæ præ di xé runt Salua tó rem
do mu i Iſ ra el eſ ſe ven tú-
rum: te e nim ad ſa lu tá rem
vic ti mam Pa ter mi ſit in mundum
quem expe ctā bant om nes ſan-
cti ab o rí gi ne mun-



di, & nunc O ſanna fi li o




Dauid bene dí ctus qui ve nit in nómi-




ne Dó mi ni O ſanna in ex cél ſis.


Dum autẽ prædicta Añа cãtatur, duo fratres quibus Cantor iniunxerit, intrent Eccleſiam, vel chorum, & clauſo oſtio ſtantes verſis vultibus ad Conuentum, finita Antiph. cantent ℣. Glória, laus. totum ℣.



GLó ri a, laus, & ho nor ti bi ſit




rex Chriſte redemptor cu i pu e rí le



de cus prompſit O ſan na pi um.


Quo finito Chorus eũdem repetat. Deinde dicti duo Fratres cantẽt ſequẽtes Verſ. & Chorus poſt vnũquenq; reſpondeat.




Chorus reſpondeat.




Chorus reſpondeat.






bi cum palmis ob ui a venit: cum prece,




vo to, hymnis aſ ſúmus ec ce ti bi.

Chorus reſpondeat.




G lo ri a.

Cantato vltimo verſu prædicti duo Fratres oſtium aperiant, & ad Proceſſionem in locis ſuis reuertantur. Repetito à Choro Glória, poſt vltimum ℣. ad introitum eccleſiæ, vel Chori incipiatur ℟.



INgredi én te Dó mi no in ſanctam




Ci ui tá tem Hebræ ó-



rum pú e ri re ſurrecti ó nem vi tæ

pro-




Et Conuentu ipſum proſequente proceſſio Chorú ingrediatur. Cũ Conuentus Chorũ intrat fratres ramos ſuper gradus presbyterij proijciát, quos Sacriſta colligat, & cæteris eũtibus ad ſedes ſuas: qui aquam portauit, ad ſacriſtiã reuertatur. Prior veró, & miniſtri ſe ordinent ſicut ad aſperſionem aquę conſueuerunt, Cru-

Cruciferario tenēte crucem ante gradus presbyterij. Finito Reſponſorio prædicto, duo fratres cantent ℣. Cum audiſſet. Finita reſumptione poſt Verſum duo ceroferarij, Cantore eis deferente, dicant.



℣. De o re le ó nis lí be ra me Dómi ne.



℟. Et à cornibus vnicórnium humi li tátem meam.

Deinde Prior abſque Dóminus vobíſcum, præmiſſo, Orémus. dicat Orationem.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitãdum humilitátis exémplum Saluatórem noſtrum carnem ſúmere, & crucem ſubíre fecíſti: concéde propítius, vt & patiéntiæ ipſius habere documénta, & reſurrectiónis consórtia mereámur. Per eúndem Chriſtum Dominũ noſtrũ. Amen.


Dũ Oratio dicitur cruciferarius crucē reponat non ſuper altare, ſed ſupra gradus presbyterij ad cornu Euang. quæ diſcooperta vſq; ad Cõpletor. remaneat. Oratione finita Prior & miniſtri in Sacriſtiam vadãt.

Feria quinta in Cœna Domini, & duobus diebus ſequentibus, finita Aña, poſt Pſál. Laudáte Dóminũ de cælis. mox Antiphona ſuper Benedíctus, ab eo qui facit officium incipiatur, & cereus, qui vſq; tunc ſolus ardens remãſit, extinguatur ita vt Benedíctus, & omnia quæ ſequuntur in tenebris dicantur.


IN

IN COENA DOMINI,

Ad Benedictus Antiphona,




TRádi tor áu tem dedit e is ſignum, dicens:



qué oſcu lá tus fú e ro, ip ſe eſt, tené te eum.


Finita Antiphona poſt Benedíctus, duo Fratres ſtantes ante gradus Altaris dicant.



Ky ri e e léi ſon.


Et Choro idem reſpondente: iterum illi duo Fratres dicant: Kyrie eléiſon.

Deinde alij duo Fratr. ſtátes in medio Chori dicant.




D ómi ne mi ſe ré re.

Et Chorus reſpōdeat.




C hri ſtus Dóminus factus eſt o-




bé di ens vſ que ad mor tem.

Item Fratres qui ſunt ante gradus cantent ℣.




Q ui paſ ſú rus ad ue ní ſti propter nos.




Chorus. C hri ſte e lei ſon.


Item Fratres ante gradus dicant versũ



Q ui ex pán ſis in cru ce má ni-




bus tra xí ſti óm ni a ad te ſæ cu la.




Chorus. C hri ſte e léi ſon.

Item Fratres ante gradus dicant ℣.




Q ui pro phé ti ce promp sí ſti e ro



mors tu a ò mors.

Dein-


Deinde Chorus dicat.



Chriſte e léi ſon.

Deinde fratres in medio Chori dicant. Dómine miſerére. Et Chorus reſpõdeat. Chriſtus Dóminus. Item Fratres ante gradus dicant. Kyrie eléiſon. Et Chorus: Kyrie eleiſon. Et Fratres ante gradus: Kyrie eléiſon. Deinde Fratres in medio Chori dicant: Dñe miſerére. Et Chorus reſpondeat. Chriſtus Dñs.

Deniq; Fratres ãte gradus alta voce dicant ℣.




Mor tem áu tem cru cis.


Finito ℣. proſternant ſe Fratres, & vnuſquiſque dicat ſecretò Pater noſter. Quo finito dicant priuatim & ſubmiſsè duo & duo Pſ. Miſerére. cũ Oratione Réſpice. ſine Dóminus vobíſcum. & ſine Orémus. Poſt orationem non dicatur Qui tecum, neque Amen, neque Fidélium, ſed dicto poſt Orationem Pater noſter. ſurgant omnes.


Feria quinta in Cœna Domini, poſt comeſtionem vtriuſq; menſæ hora idonea, fiat ſignum cũ tabula ad altaria abluenda. Quo audito, Prælatus præparet ſe ad hoc officiuum cum his miniſtris, ſcilicet Diacono, & Subdiacono, & ceroferarijs, & alijs duobus, quorum vnus deferat ſitulam cum aqua, & alter ſcopam ex aliquibus ramis, & linteum, & hi omnes induantur albis: Priore & Diacono habentibus ſtolas, & manipulos; & Subdiacono manipulum, Quibus præ-

Item Fratres qui ſunt ante gradus cantent ℣.



Item Fratres ante gradus dicant verſū






Item Fratres ante gradus dicant ℣.




Dein-

Deinde Chorus dicat.



Deinde fratres in medio Chori dicant. Dómine miſerére. Et Chorus reſpõdeat. Chriſtus Dóminus. Item Fratres ante gradus dicant. Kyrie eléiſon. Et Chorus: Kyrie eleiſon. Et Fratres ante gradus: Kyrie eléiſon. Deinde Fratres in medio Chori dicant: Dñe miſerére. Et Chorus reſpondeat. Chriſtus Dñs.

Deniq; Fratres ãte gradus alta voce dicant ℣.



Finito ℣. proſternant ſe Fratres, & vnuſquiſque dicat ſecretò Pater noſter. Quo finito dicant priuatim & ſubmiſsè duo & duo Pſ. Miſerére. cũ Oratione Réſpice. ſine Dóminus vobíſcum. & ſine Orémus. Poſt orationem non dicatur Qui tecum, neque Amen, neque Fidélium, ſed dicto poſt Orationem Pater noſter. ſurgant omnes.


Feria quinta in Cœna Domini, poſt comeſtionem vtriuſq; menſæ hora idonea, fiat ſignum cũ tabula ad altaria abluenda. Quo audito, Prælatus præparet ſe ad hoc officiuum cum his miniſtris, ſcilicet Diacono, & Subdiacono, & ceroferarijs, & alijs duobus, quorum vnus deferat ſiculam cum aqua, & alter ſcopam ex aliquibus ramis; & linteum, & hi omnes induantur albis: Priore & Diacono habentibus ſtolas, & manipulos; & Subdiacono manipulum; Quibus

præ-

præparatis fiat ſecundum ſignum, & tunc Fratres conueniant in Choro, & ſic præcedentibus ceroferarijs, & ſubſequentibus poſt eos illis qui aquam, & ſcopam deferunt: deinde Subdiacono cum ampulla vinaria, & Diacono cum libello, quem tenere debet coram Priore ad Orationes dicendas; Prælatus procedat ad maius altare abluendum. Cumque illuc peruenerit, Cantor voce mediocri (in qua totum hoc officiũ fieri debet) incipiat ℟. In monte Oliueti. cum ſuo ℣. & Conuentus vtrumque proſequatur, cum reſumptione: quod in cæteris Reſponſorijs cantandis ad hoc officium obſeruetur.

Feria quinta in Cœna Domini ad altaria abluenda. Reſponſorium primum.





Dum cantatur ℟. primum. In monte, qui ſitulam defert, effundat aquam ſupra magnam menſam altaris ſi conſecrata fuerit, vel ſuper menſam altaris portatilis, ſi altare non fuerit conſecratum, quo facto Prior accipiens ſcopam, cum ea lauet altare. Deinde à Fratre deferente linteum extergatur, poſtmodum

modum Prior ſcopā Fratri reddat, & accepta ampulla de manu Subdiaconi, in modū crucis vinum effundat ſuper altare. Finito Reſponſorio Cantor incipiat Añam de Sancto vel Sanctis illis, in cuius, vel quorū memoriā altare conſtructum eſt, & Cōuentus ipſam proſequatur: qua finita ceroferarij (Cantore eis deferente) dicant ℣. de Sancto, vel Sanctis illis, & Prior Orationē: Deinde procedatur ad cetera altaria quæ ſunt intra eccleſiam. Et eodē modo fiat per ſingula; Cantore, poſt terminationem Orationis, incipiente immediate ſingula ℟. ſecundum ordinē hiſtoriæ, dū procedunt ad ſingula altaria: deinde Aña de Sancto vel Sanctis, & ℣. & Oratio, vt prædictum eſt, dicatur.

Secundum Reſponſorium.



cir-



cir cundabit me. Vos fu gam
ca pi é tis, & e go va-
dam immo lá ri pro
vo bis. ℟. Ec ce
appro pinquá bit ho ra, & Fí li us
hó mi nis tra dé tur in ma nus pec-
ca tó rum. Vos fu gam.

Reſponſorium tertium.






Reſponſorium quartum.




me trá di dit, ſi gno quem oſcu-
lá tus fú e ro ip ſe eſt
te né te e um hoc
ma lum fe cit ſi-
gnum qui per óſ cu lum adimpléuit ho mi-
cí di um In fe lix
præ ter mí ſit pré ti um ſán gui-
nis,



Reſponſorium quintum.




li per quem tra dar
e go. Mé li us il li e-
rat ſi na tus non fu-
iſ ſet. ℣. Qui in tín git
mecum manum in pa ró pſi de, hic
me tra di tú rus eſt in ma nus pec-
ca tó rum. Mé li us il li.


Reſpon-

Reſponſorium Sextum.






Reſponſorium Septimum.





me cum qui ex hor ta bá-
mi ni mo ri pro me. Vel Iu dam
non vi dé tis quómodo non
dor mit, ſed feſtí nat
tráde re me Iu dæ is.
℟. Dor mí te iam & re quí é-
ſci te, ec ce appropínquábit qui
me



Reſponſorium Octauum





Reſponſorium Nonum.



Cum


Cum e is, qui dixérunt Dó-
mi no De o re cé de à
no bis ſci én ti am via-
rum tu á rum nó ſumus,
℣. In di em perdi ti ó nis ſer uá-
bi tur, & ad di em vl ti ó nis du-
cé tur. Cum e is,
Cum

Cum ad vltimum altare procedendum fuerit inchoetur Reſponſorium, Circumdedérunt. Et ſi altaria fuerint plura quam decem, dicto Reſponſorio, Reuelábunt. reſumantur de antedictis, prout neceſſe fuerit: & ad vltimum, Reſponſorium, Circumdedérunt, ſeruetur. Si vero pauciora fuerint, dictis Reſponſoriis in hiſtoria prædicta, quæ neceſſaria fuerint, reliqua intermittantur, & ℟. Circumdedérunt, vltimo cantetur. Vbi aptitudo loci permiſerit, præcedente Priore cum miniſtris ad altaria, Conuentus cantando ℟. gregatim ſequatur: ad altare quod lauatur, & ſeorſum ℟. cum Aña cantentur. Si vero non fuerit locus ad procedendum idoneus, Prælatus cum miniſtris ad altaria procedant: & quæ cantanda ſunt à Conuentu, in Choro cantentur.

Reſponſorium decimum, quod ſemper ad vltimum altare cantandum eſt.





ANTIPHONAE, VERSICVLI, ET ORATIONES ad ſingula Altaria cuiuslibet Cōuentus ſecundum eorum diſpoſitionem dicenda.


Ad Altare Maius dicatur Antiphona, & Oratio Titularis Eccleſiæ.

Ad


Ad altare ſanctiſſimi Crucifixi, Antiphona.



TVam Crucem ado rámus Dómine



tu am glo ri ó ſam re cō li mus paſ ſió nem




mi ſe ré re noſtri, qui paſſus es pro nobis.

℣. Dícite in natiónibus. ℟. Quia Dóminus regnáuit à ligno.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubíre voluíſti, vt inimíci à nobis expélleres poteſtátem: concede nobis famulis tuis, vt reſurrectiónem grátiam conſequámur. Per eúmdem.

Ad altare ſanctiſſimi Nominis IESV, Antiph.



SIt nomen Dó mini be nedíctum in ſæcu la.


℣. In nómine IESV omne genu flectátur. ℟. Cæléſtium terréſtrium, & infernórum.

Oratio.


SAncti nóminis tui Dómine timórem páriter, & amórem fac nos habére perpétuum, quia numquam tua gubernatióne deſtítuis, quos in ſodalitáte tuæ dilectiónis inſtítuis. Per Chriſtum.

Ad


Ad altare ſanctiſſimi Roſarij. Antiphona.




V Irgo Ma ri a non eſt ti bi ſimi lis na-



ta in mundo in ter mu li c res florens,



vt ro ſa fragrans ſi cut lí li um.




O ra pro nobis ſancta De i ge nitrix.

℣. Specióſa facta es, ſuáuis. ℟. In delícijs tuis ſancta Dei Genitrix.


Oratio.

SVpplicatiónem ſeruórum tuórum Deus miſerátor exáudi: vt qui in commemoratióne ſanctíſſimi Roſarij Dei Genitricis & Virginis cõgregámur: eius interceſſiónibus à te de inſtántibus perículis eruámur. Per Chriſtum.


Ad aliud altare Beatiſſimæ Virginis, Antiph.



S Ancta De i Gé nitrix Virgo ſemper Ma-ría:



ri a: in tercéde pro no bis ad Dómi-




num De um noſtrum.


℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix, &c. Oratio.

PRótege Dómine fámulos tuos ſubsídijs pacis,& beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocínijs confidéntes,à cunctis hóſtibus redde ſecúros.Per Chriſtū.


Ad altare ſanctorum Angelorum. Antiphona.




ARchánge li Micha ë lis interuenti ó-



ne ſuf fúl ti te Dó mi ne depre cá-



mur, vt quos honó re proſé quimur contin-




gá mus, & men te.

℣. Adoráte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum miniſtéria hominúmque diſpénſas: concéde propítius, vt à quibus tibi miniſtrántibus in cælo ſemper aſsíſtitur, ab his in terra vita noſtra muniátur. Per.

Ad altare S. Ioannis Baptiſtæ, Antiphona.




℣. Fuit homo miſſus à Deo. ℟. Cui nomen erat Ioannes.


Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt família tua per viam ſalútis incédat; & Beáti Ioánnis Præcursóris hortaménta ſectándo ad eum, quem prædíxit, ſecúra peruéniat. Per Chriſtum.

Ad Altare B. Dominici P. N. Antiphona.



iudi-




iu di ce pro tu o cœ tu pá u perum.


℣. Ora pro nobis Beáte Pater Domínice. ℟. Vt digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti. Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Domínici Confeſſóris tui Patris noſtri illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde, vt eius interceſſióne temporálibus non deſtituátur auxílijs, & ſpirituálibus ſemper profíciat increméntis. Per Chriſtum,

Ad altare S. Petri Martyris, Antiphona.



P E trus nouus in cola Cæ los lau re á-




tus aſcéndit auré ola tripli ci do tá tus.


℣. Glória, & honóre coronáſti eũ Dñe, &c. Oratio.

PRæſtā quæſumus omnípotens Deus: vt beáti Petri Martyris tui fidem cóngrua deuotióne ſectémur: qui pro eiuſdem fidei dilatatióne, martyrij palmam méruit obtinére. Per Chriſtum.

Ad Altare S. Antonini Archiepiſc Florentini. Aña.



B E á tus An to ni nus ad præſulátum qua-



ſi ad cru ci á tum raptus, doctrí na &




mó ri bus gre gem ſu um pa uit.

℣. Amáuit eum Dóminus, & ornáuit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.


Oratio.

SAncti Antoníni Dómine Confeſſóris tui atque Pontíficis méritis adiuuémur: vt ſicut te in illò mirábilem prædicámus, ita in nos miſericórdem fuiſſe gloriémur. Per Chriſtum.


Ad altare Beáti Thomæ, Antiphona.



O Thoma laus & glò ri a Prædi-



ca tó rum Or di nis, nos transfer ad



cæ lé ſti a pro féſſor ſa cri nú minis.


℣. Ora pro nobis beáte Thoma, &c.

Oratio.


DEus, qui Eccléſiam tuam Beáti Thomæ Confeſſoris tui, atque Doctoris mira eruditione clari-

claríficas, & ſancta operatióne fœcúndas: da nobis quæſumus, & quæ dócuit, intelléctu conſpicere, & quæ egit imitatióne complére. Per Chriſtum.


Ad altare S. Vincentij Confeſſoris, Antiphona.



A D ſit no bis pro pí ti us in huius



vi tæ vé ſpe re ad Chri ſtum nos




Vín cén ti us tu to fe rens i tí ne re.


℣. Amáuit eum Dóminus, &c. Oratio.

DEus, qui géntium multitúdinem mira beáti Vincéntij Cōfeſſoris tui prædicatióne ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuiſti: præſta quæſumus, vt quem ventúrum iúdicem nunciáuit in terris, præmiatorem habére mereámur in cælis. Per.


Ad altare S. Hyacinthi Confeſſoris, Antiphona.



I Ste San ctus dignè in memo ri am



vér ti tur hó mi num qui ad gáu di um




trán ſi jt An ge ló rum.


℣. Ora pro nobis Beáte Hyacínthe, &c. Oratio.

DEus, qui beátum Hyacínthum confeſſórem tuũ in diuérſis natiónum pópulis óperum ſanctitáte, & miraculórum glória fecíſti conſpícuum: da nobis, vt eius in mélius reformemur exémplis, & in aduérſis protegámur auxílijs. Per Chriſtum, &c.


Ad altare S. Raymundi Confeſſoris, Antiphona.



S Imi lá bo e um vi ro ſa pi én-



ti qui æ di fi cá uit domum ſu am



ſu pra pe tram.


℣. Iuſtum dedúxit Dóminus per vias rectas, &c.

Ora-


Oratio.

DEus, qui beátum Raymúndum pœnitĕntiæ ſacraménti insígnem miníſtrum elegíſti, & per maris vndas mirabíliter traduxíſti; concéde, vt eius interceſſióne, dignos pœnitĕntiæ fructus fácere, & ad ætérnæ ſalútis portum perueníre valeámus. Per.

Ad altare Sanctæ Catharinæ Senenſis, Antiphona.



A D ſedes regni fáci at transí re ſupérni




virgo fouens mé ri tis nos Catha rí na ſu is.


℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua, &c. Oratio.

DEus, qui beátæ Catharínæ virginitátis & patiéntię ſpeciáli priuilĕgio decorátæ, malignántium ſpíritum certámina víncere, & in amóre tui nóminis inconcúſsè permanére tribuíſti: concéde quæſumus, vt eius imitatióne, calcáta mundi nequítia, & ómnium hóſtium ſuperátis insídijs, ad tuam ſecúrè glóriam tranſeámus. Per Chriſtum.

Ad altare S. Mariæ Magdalenæ, Antiphona.



I Nter céde ſúppli cans aſ sí du è pro




no bis Ie ſu Domino Ma ri a Magda lena.

℣. Optimam partem elégit ſibi María. ℟. Quæ non auferétur ab ea.


Oratio.

LArgire nobis clementiſſime Pater, vt ſicut beáta Maria Magdaléna Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuper omnia diligéndo ſuorum obtínuit véniam peccatorum: ita nobis apud miſericordiam tuam ſempitérnam impetret beatitúdinem. Per.


Ad altare vnius, vel plurium Apoſtolorum, Antiph



ESto te fortes in bello, & pu gná te



cum an ti quo ſer pén te, & ac ci pi é-



tis Regnum æ tér num di cit Domi nus.


℣. In omnem terram exíuit ſonus eorum, &c.

Oratio.


PRotege Domine populum tuum, & Apoſtoli tui N. vel Apoſtolorum tuorum NN. patrocíniis confidentem perpetua defenſione conſerua. Per.

Ad


Ad altare vnius Martyris, Antiphona.




HIc eſt verè Martyr, qui pro Chriſti no-




mine ſanguinem ſu um fu dit, qui minas



iudicum non timu it, nec ter re næ digni tá-



tis glo ri am quæ ſí uit, ſed ad cæ le ſti a-



regna fe lí ci ter per ue nit.

℣. Gloria, & honore coronáſti eum Domine, &c.

Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, Beáti N. mártyris tui (atque Pontíficis. Si fuerit Pontifex) interceſſione liberemur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Ad altare plurimorum Martyrum, Antiphona.



℣. Lætámini in Dño, & exultáte iuſti, &c. Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui glorióſos Mártyres fortes in ſua confeſſióne cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſióne ſentiámus. Per Chriſtum.

Ad altare vnius Confeſſoris,

Antiphona vna ex ſupra poſitis. pag. 47.

℣. Amáuit eum Dóminus, & ornáuit eum, &c.

Ora-

Oratio.

EXáudi Dómine preces noſtras, & interueniénte Beáto N. Confeſsóre tuo ſupplicatiónes noſtras placátus inténde. Per Chriſtum.

Si fuerit Pontifex addatur, atque Pontífice,

Oratio pro Doctore.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ ſalútis Beátum N. miniſtrum tribuíſti, præſta quæſumus, vt quem Doctórem vitæ habúimus in terris interceſſórem habére mereámur in cælis. Per Chriſtum.

Ad altare vnius Virginis, vel vnius Viduæ, Aña.



℣. Diffúſa eſt grátia in lábijs tuis, &c.

Si fuerit Virgo & Martyr. Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæſumus Dómine, Beáta N. Virgo & Martyr implóret, quæ tibi grata ſemper éxtitit, & mérito caſtitátis, & tuæ profeſſióne virtútis. Per Chriſtum.

Si fuerit Virgo tantum, vel Vidua, Oratio.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter, vt ſicut de Beátæ N. (Virginis tuæ. Si fuerit Virgo) commemoratione gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Chriſtum.

Finita altarium ablutione conuentu in choro reſidente, Prælatus & miniſtri in ſacriſtiam reuertentes, depoſitis ſacris veſtibus, redeant ad chorum: deinde vadant omnes ad capitulum, Priore more ſolito præcedente, vbi fiat breuis ſermo, quo finito, Prælatus cum adiutoribus ſibi deputatis vadat in ſacriſtiam, & Fratres interim ad ablutionem pedum ſe præparent, prouidentes ne aliquid in eis tunc appareat, quod in oculis ſæcularium, cum ibidem conuenerint, reprehenſibile videatur. Procuratoris vero erit prouidere, quod aqua, & vaſa neceſſaria ad mandatum hora competenti ſint præparata: & Fratres Conuerſi, qui aquam, & vaſa Prælato, & coadiutoribus ſuis miniſtrent. Prior vero induens camiſiam decentem, & non notabiliter breuem, præcingat ſe linteo à Sacriſta præparato, & ſic veniant in capitulum, & coadiutores eius in caputijs cum eo. Cumque ad medium capituli peruenerit, ſtans verſu vultu ad Crucifixum, dicat humili voce hanc Orationem.

ACtiones noſtras, quæſumus Dómine, aſpirando præueni, & adiuuándo proſequere: vt cuncta noſtra orátio, & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum.

Qua Oratione terminata Per Chriſtum. Cantor


inci-

incipiat Antiphonam ſequentem, Dóminus Ieſus, & Verſum, Deus miſereátur noſtri. Et conuentus proſequatur quæ cantanda ſunt: Cantore incipiente Antiphonas, & Verſus.


AD MANDATVM, ANTIPHONA.




℣. Deus



℣. De us mi ſe re á tur noſtri & benedí cat




nobis, il lúminet vultum ſu um ſuper nos,




& mi ſe re á tur noſtri, Dó mi nus.

Dum prædicta Antiphona, & ſequentes cum ſuis Verſibus,& reſumptionibus cantantur, Prælatus flexis genibus incipiat lauare pedes Fratrum à ſuperioribus, & primo in dextro choro vno coadiutorum ipſum præcedente, ſupponente,& coaptante peluim pedibus Fratris abluendis, & altero ſubſequente, & aquam cum aliquo vaſe idoneo ſuperinfundente. Prior vero pedes lotos abſtergat lintheo, quo eſt præcinctus, & poſtmodum oſculetur. Ablutio autem pedum cum neceſſe fuerit proijciatur in vas aliquod ad hoc præparatum ibidem. Antiphona.




P Oſtquam ſurréxit Dómi nus à




cœ na mi ſit a quam in pel uim

cœpit


cœpit la uá re pe des di ſci pu lo rum :
hoc ex ém plum re li quit e is .
℣. Au dí te hæc omnes gentes, áu ri bus
percí pi te , qui ha bi tá tis orbem . Poſtquam.

Antiphona.



S I e go Dómi nus, & Ma gí ſter ve-
ſter la ui vo bis pe des , quan to
ma gis vos de bé tis al ter al té-
ri us



Antiphona.




difci-




di ſci pu lis ſu is. Vos vo cá tis.


Antiphona.




MAndá tum nouum do vo bis vt dili gá-



tis ín ui cem, ſi cut di lé xi vos, dicit




Dóminus. ℣. Be á ti immacu lá ti in vi a:




qui ambu lant in le ge Dómi ni. Mandátum.


Antiphona.



IN hoc cognóſcent omnes qui a me i



e ſtis di ſcí pu li, ſi di le cti ó nem habu-



é ri tis ad ín ui cem. ℣. Pa cem me am do
vobis, pacem re línquo vobis. In hoc.

Antiphona.


IN di e bus il lis mú li er quæ e rat
in ci ui tá te pec cá trix, vt cognó uit quod
Ie ſus ac cu bu iſ ſet in domo Si mó nis
le pró ſi át tu lit a la bá-
ſtrum vn guén ti & ſtans re trò ſe cus
pedes



pedes Dómi ni Ie ſu lá chrymis cœpit
ri gá re pe des e ius, & ca píl lis
cápi tis ſu i tergébat, & oſcu lá ba-
tur pedes e ius, & vn guén-
to vn gé bat. ℣. Ma rí a óptimam partem
e légit, quæ nõ auferétur ab e a. In di é bus.

Antiphona.


M A ri a er go vn xit pe des Ie ſu &


ex ter ſit ca pil lis ſu is, & domus im-
plé ta eſt ex o dó re vnguénti.
℣. Di míſ ſa ſunt e i pec cá ta multa quó-
ni am di lé xit mul tùm. Ma rí a.

Antiphona.


D
Omi ne tu mi hi la uas pedes?
Reſpóndit Ie ſus & di xit e i: ſi non
lá ue ro ti bi pedes non ha bé bis
par-



partem mecum. ℣. Dómine non tantum pedes




me os, ſed & manus, & caput. Dó mi ne.


Antiphona.




DI li gámus nos ín uicem, qui a chá-




ri tas ex De o eſt, & qui di li git




fratrem ſu um ex De o na tus eſt,



& vi det De um. ℣. Et hoc mandá tum




habémus à De o, vt qui di li git De um




Antiphona.



præ-


præ bu it ſu is di ſcí pu lis vt ín ui-
cem pe des la uá rent.

Antiphona.


C Ongregáuit nos in vnum Chriſti amor
time ámus , & amémus Chriſtum De um.
V bi chá ri tas , & amor i bi De us.
℣. Ec ce quam bonum , & quam iu cúndum,
ha bi tá re fratres in vnum. Congregauit.

Antiphona.



Cantatis omnibus ſuprapoſitis Antiphonis, & Verſibus, ſi ablutio finita non fuerit, repetantur Antiphonæ, & Verſus, prout neceſſe fuerit. Si autem ante finiatur lotio, quàm cantata ſint omnia, nihilominus cantentur. Poſtquam autem Prælatus pedes omnium lauerit, aquam det ſingulis ad manuum lotionem eo ordine, quo pedes lauit, altero coadiutorum ipſum præcedente, & peluim ad ablutionem recipiendam tenente, & altero ſubſequente, & tenente manutergium à Sacriſta præparatum ad extergendas manus. Quo facto Prælatus in loco ſuo reſideat, & coadiutores eius, qui Sacerdotes fuerint,

iuxta

iuxta eum hinc & inde. Ali, verò miniſtri ſeorſum in aliquo loco idoneo ex parte iuniorum ſedeant. Et Supprior indutus camiſia in Sacriſtia, & præcinctus linteo, cum adiutoribus ſuis, vt de Priore dictum eſt, pedes eorum lauet, & ipſis lotis aquam manibus eorum det prædicto modo. Expletis prædictis omnibus, Prælatus in loco ſuo ſtans, dicat humili voce Orationem ſequentem.

Adeſto Dómine noſtræ officio ſeruitútis, & quia tu pedes lauáre dignátus es diſcípulis, ne deſpícias ópera mánuum tuárum quæ nobis retinénda mandáſti, ſed præſta, vt ſicut hæc exterióra abluúntur inquinaménta: ſic à te ómnium noſtrûm interióra lauéntur peccáta. Qui viuis & regnas Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen.

Et ſic mandatum terminatur. Quo facto Prior & Supprior in ſacriſtiam ad deponendum camiſias, & linteos euntes, reſumptis veſtibus reuertantur ad capitulum. Vbi multitudo Fratrum tanta fuerit, quod Prior non poſſet totum mandatum peragere: Supprior cum alijs coadiutoribus ſibi deputatis, vel plures, ſi neceſſe fuerit, ad illud cum Priore faciendum ſe præparet. Interim, dum mandatum peragitur, Diaconus, qui ſermonem Dominicum eſt lecturus, cum Subdiacono & ceroferarijs, & thuriferario, poſtquam pedes eorum abluti fuerint, vadant ad ſacriſtiam, ibique ſacris veſtibus, prout in magnis ſolemnitatibus fieri ſolet, induti, finito mandato, & regreſſo Priore ad capitulum, veniant ad capitulum eo modo, quo itur ad legendum

Euan-

Euangelium in ſolemnitatibus, ſine cruce tamen. Cumque in capitulum venerint thuriferarius thus oblatum Priori ad benedicendum ab ipſo, in thuribulum ponat. Deinde Diaconus accepta benedictione à Priore ſtans vérſo vultu ad Aquilonem, ſi capitulum fuerit ad Orientem, vel ad Occidentem ſitum, alias verſo vultu ad Crucifixum capituli dicat: **Dóminus vobíſcum.** & ſtantibus Fratribus, ac reſpondentibus: & ad **Glória tibi Dómine,** ſe ſignantibus, legat ſolemniter Euangeliũ: **Ante diem feſtũ.** Subdiacono, & ceroferarijs, & thuriferario ordinatis ſicut ad alia Euangelia ordinari ſolent.

Finito Euangelio remoto puluinari, ſeu cuſſino à Sacriſta deportando, Diaconus ex integro proſequatur ſermonem Dominicum per modũ lectionis verſus ad Crucifixum, dum fuerit in capitulo, & ceteris Fratribus reſidentibus, Subdiaconus, & ceroferarij, ac thuriferarius depoſitis candelabris ante pulpitum, in quo legitur hinc, & inde, & thuribulo in medio, poſt Diaconum ſedeant in ſede aliqua ibi à Sacriſta præparata, & panno decenti cooperta.

Cum Diaconus dixerit: **Súrgite eámus hinc,** ſurgant omnes, & præcedentibus Diacono, & miniſtris ordine ſupradicto, vadat conuentus ad chorum iunioribus præcedentibus, & collocatis ante pulpitum ibi à Sacriſta præparatum, candelabris, & thuribulo ſicut in capitulo fuerãt collocata, ſedẽte Subdiacono cũ miniſtris poſt Diaconum in aliqua ſede ibidem à Sacriſta præparata, Diaconus ſtans ad pulpitum, cæteris Fratribus reſidentibus, proſequatur

quæ


quæ de ſermone Dominico reſtant. Finito ſermone fine Tu áutem Prælatum ſignum faciente, ſurgant omnes, & dicente Priore verſum. Adiutórium,&c. Subdiaconus & miniſtri accipiant quæ ad ipſos pertinent, & eo ordine quo venerunt ad ſacriſtiam reuertantur. Si hora Completorij fuerit,dicatur; alioquin facto aliquo interuallo, hora idonea pro Completorio ſignum fiat.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Ad Matutinum completo Cantico: Benedictus, ſubiungatur. Antiphona.



Finita Antiphona ordo præcedentis noctis ſeruetur cum his Verſibus ſequentibus.





IN Paraſceue, perlecta Paſſione, dum orationes ſolemnes dicuntur, duo Sacerdotes induant ſe albis, & ſtolis, & manipulis, & duo Diaconi ſimiliter. Completis orationibus Prior caſula depoſita cum miniſtris ab altari diſcedat, & ſtet in dextra parte presbyterij. Tunc prædicti Sacerdotes venientes ad gradum altaris, flectant genua: deinde ſurgentes, accipiant Crucem altari ſuperpoſitam, & velatam: & tenentes eam in dextra parte altaris per brachia, reuerenter vnus ad dextram, & alter ad ſiniſtram verſi ad conuentum, cantent Verſum ſequentem.


P opu-




Finito Verſu, Pópule meus, prædicti Diaconi in gradu presbyterij ſtantes, reſpondeant, Agios. ter flectêtes genua, ſemel ſcilicet quoties dicitur Agios, eoque dicto toties illicò ſurgentes.

A gios









Deinde Chorus reſpondeat. Sanctus Deus, Sanctus fortis. Sanctus, & immortális miserére nobis, ter flectendo genua, ſemel ſcilicet quoties dicitur Sanctus, eoque dicto toties illicò ſurgendo. Prior vero & miniſtri, & Presbyteri, qui crucem tenent, numquam flectant genua: ſed nec prædicti Diaconi cum Conuentu: nec Conuentus cum ipſis genua flectat.

Chorus.








lis mi ſe ré re no bis.

Poſtquam Chorus reſponderit, Sanctus Deus, &c. Sacerdotes paulatim proſequentes, cantent Verſum ſequentem. ℣.




QVi a e dú xi te per de-




ſér tum quadra gín ta annis,



& manna ci bá ui te & intro dú xi




in ter ram ſa tis op i mam: pa rá-



ſti cru cem Salua tó ri tu o.

Deinde Diaconi cantent ſecunda vice Agios ò Theos, &c. & Chorus Sanctus Deus, &c. ſimiliter vt prius flectendo genua. Diaconi.


Agios.




Ruſum Sacerdotes paulatim præcedentes, cantent Verſum ſequentem. ℣.




lán-



Deinde Diaconi cantēt tertio Agios, ò Theos,&c. & Chorus ſimiliter cãtet Sanctus Deus,&c. vt prius.



Poſtea Sacerdotes progrediantur vſque ad gradus presbyterij vbi Crux adoranda eſt. Et tunc Prior de manu Sacerdotum Crucem velatam accipiens, ipſamque detegēs, nudam omnibus repræſentet,& eleuans eam ſurſum ambabus manibus incipiat Añam, Ecce lignum Crucis. In inchoatione Añę omnes Fratres genua flectant, inclinantes ſe ſuper formas,& Cãtore incipiēte Crucis ſurgant,& Añam proſequãtur.




Proc.P. F Prior

Prior vero Crucem teneant eleuatam quouſque Antiphona ſit finita, & poſtea tradat eam Sacerdotibus. Qui deponentes ſiſtant eam ad gradus preſbyterij ſuper tapetem, vel pannum aliquem mappa coopertum ad hoc ibi ſtratum. Tunc Sacerdotibus per brachia Crucem reuerenter tenentibus hinc & inde, Prior primò adoret eam & toto corpore ſe proſternens, & moram non faciens Crucem tantum ſemel oſculetur: quod à cæteris etiam Fratribus in adoratione huiuſmodi obſeruetur. Deinde ſe erigens, Crucem ex parte dextera accipiat: & alter duorum Sacerdotum eam adoret. Quo ſurgente, & Crucem ex parte ſiniſtra accipiente, alter adoret. Qui cum adorauerit, Crucem de manu Prioris accipiat. Et deinceps ipſe & ſocius teneant vt prius, quouſque omnes adorauerint, adorantibus coaptando ipſam ad oſculum. Poſt Sacerdotes Diaconus, qui ad officium eſt indutus, adoret; Deinde Diaconi qui cantauerunt, **Agios**, Poſtquam hi Crucem adorauerint, in Sacriſtiam vadant, & ſacras veſtes deponant. Poſt iſtos autem adorent Subdiaconus, & Acolythi, poſt miniſtros cæteri Fratres, accedentes eo ordine, quo itur ad communionem; poſt Fratres clericos, Fratres conuerſi adorent. Dum autem Crux à Fratribus adoratur, Sacerdos & miniſtri in presbyterio ſedeant. Interim à Conuentu cantentur ſequentes Antiphonæ. Antiphona, **Tuam Crucem.** Antiphona, **Crucem tuam.** Antiphona, **Adorémus.** His dictis cantetur Hymnus, **Crux fidélis.** Hymnus, **Pange lingua.** Hymnus, **Luſtra ſex.** Prædictis Antipho-

tiphonis, & Hymnis cantatis, ſi nondum omnes adorauerint Crucem, repetantur Antiphona, & Hymni, prout neceſſe fuerit. Si autem antequam prædicta terminentur, omnes adorauerint, nihilominus omnia cantentur. Poſtquam autem omnes Crucem adorauerint, Sacerdótes eam reuerenter eleuent, & Priori ſtanti ſuper gradus tradant eam. Qui Crucem accipiens, ipſamque erigens, ſtans verſo vultu ad Conuentum, incipiat Antiphonam, Super ómnia, In inchoatione Antiphonæ Fratres flectant genua inclinantes ſe ſuper formas, & Cantore incipiente, Ligna cedrórum, ſurgant, & Antiphonam proſequantur, Antiphona.





pe rá uit in æ tér num.

Quæ dum cantatur, Prior teneat Crucem eleuatam. Et finita Antiphona tenens Crucem dicat Orationem, ſicut dicitur ad Horas huius diei.

REſpice, quæſumus Dómine, ſuper hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus non dubitáuit mánibus tradi nocéntium, & Crucis ſubire torméntum.

Et Oratione dicta, Sacriſta Crucem de manu Prioris accipiens, ſtatuat eam in loco ſuo. Vbi autem propter Fratrum paucitatem tot Sacerdotes, & Diaconi ad prædictum officium haberi non poſſunt: Prior, & Diaconus, qui primò ad officium eſt indutus, cum alijs duobus ipſum officium exequantur. Poſtquam Prior Crucem Sacriſtæ tradiderit, ipſe, & miniſtri eius, & duo presbyteri qui cantauerunt Verſus, in Sacriſtiam vadant: & illis duobus deponentibus ſacras veſtes, Prior & miniſtri ſe calcéent. Deinde lotis manibus Prior caſulam aſſumat, & præcedentibus Ceroferarijs, & Subdiacono, & Diacono more ſolito ad altare accedens dicat: **Confíteor.** Cætera quæ requiruntur ad celebrationem Miſſæ, require in Ordinario Chori.

Sabbato ad Matutinum completa Nona lectione ſine interuallo cantetur ſequens Oratio cum titulo hoc modo, videlicet.

O rá-


ORá ti o Ie re mi æ Pro-
phé tæ. RE cor dá re
Dómine quid ac cí de rit no bis: in-
tú e re, & ré ſpi ce oppró o brium
noſ trum. Hæ ré di tas noſtra
ver ſa eſt ad a li é nos: domus noſtræ
ad ex trá ne os. Pu píl li fa cti


ſumus abſque pa tre, ma tres noſtræ
qua ſi vi du æ. Aquam
noſtram pe cú ni â bí bimus, ligna no-
ſtra pré ci o compa rá ui mus. Cer-
uí ci bus noſtris mina bá mur, laſ ſis
non da bá tur ré-
qui es. A egypto dédimus manum, & Aſ-
ſyrijs


ſy ri js, vt ſa tu ra ré mur pa ne.
Patres noſtri pec ca ué runt & non ſunt:
& nos i niqui tá tes e ó rum
por tá ui mus. Serui do-
miná ti ſunt no ſtri : non fu it qui redí-
me ret nos de ma nu e ó rum.
In a nimábus noſtris af fe re bámus pa-


nem no bis, à fa ci e glá di j
: in de ſér to. Pel lis
noſtra qua ſi cli banus e xú ſta eſt à
fá ci e tempe ſtá tum fa mis. Mu lí e-
res in Si on hu mi li a ué runt, &
vír gi nes in ciui tá tibus Iu-
da. Príncipes manu ſuſpénſi
ſunt


ſunt, fá ci es ſenum non e ru bu é runt.
A do leſcéntibus impu di cè a bú ſi ſunt:
& pú e ri in ligno cor ru é-
runt. Senes de portis de fe-
cé runt: iuuenes de cho ro pſal lén-
ti um. De fé cit gáu di um cordis
noſ tri: ver ſus eſt in lu ctum cho-
rus


rus no ſter. Cé ci dit co-
róna cá pi tis noſ tri: væ nobis, qui a
pec cá uimus. Propté re a mœſtum fa-
ctum eſt cor no ſtrum, i de o conte-
nebrá ti ſunt ó cu li no-
ſtri. Propter montem Si on qui a diſpe-
ri jt, vulpes ambu lauérunt in e o.

Tu


Tu áutem Dómine in æ térnum perma-
né bis, ſó li um tu um in ge ne ra-
ti ó nem & ge ne ra ti ó-
nem, Qua re in perpé tu um ob li-
ui ſcé ris no ſtri? de relínques nos in
longi tú di ne di é rum? Conuér te
nos Dómine ad te, & con uer té mur,


in



Completa Oratione ſequitur nonum Reſponſorium.

Eodem die completo Cantico Benedíctus. ſubiungatur Antiphona.

SAB-



Cetera quæ ſequuntur cantentur ſicut in nocte Cœnæ.

IN diluculo Reſurrectionis in pluribus Conuentibus immediate poſt Matutinas in memoriam tanti beneficij fit proceſſio, & deportatur ſacroſanctum Corpus Dominicum per clauſtrum, ſicut in die Corporis Chriſti, cum magna ſolemnitate: tunc poterunt cantari Hymni Paſchales eiuſdem feſti, & Reſponſorium, Chriſtus reſúrgens, & Antiphona, Regína cæli, vel alia ſecundum præſcriptum Prælati & Cantoris.

In fine proceſſionis dicatur. ℣. Reſurréxit Dóminus, Allelúia.

℟. Sicut dixit vobis, Allelúia.

Orémus. Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Vnigénitum tuum æternitátis nobis áditum deuícta morte reſeráſti: vota noſtra, quæ præueniendo aſpíras, etiam adjuuándo proſéquere. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. Poſt hæc fit ſermo.

IN

IN RESVRRECTIONE DOMINI.

IN die ſancto Paſchæ, & duobus diebus ſequentibus, dum oratio in Veſperis dicitur, thuriferarius ad ſacriſtiam vadens, depoſito thuribulo Crucé à Sacriſta præparatam accipiat: & in choro ante gradum presbyterij veniat, & dicta Oratione, & reſponſo, **Amen.** Cantores immediate incipiant Antiphonã, **Chriſtus reſúrgens,** & conuentu eam proſequente: egrediatur proceſſio de choro in eccleſiam laicorum hoc ordine. Primo procedant ceroferarij, & in medio eorũ cruciferarius, qui omnes ſint in albis: poſtea conuẽtus iunioribus præcedentibus: vltimo Prior cum libello proceſſionali. Cum autem miniſtri prædicti exierint, cruciferarius collocet ſe inter vtrumq; chorum in medio à parte inferiorum, & iuxta eum ceroferarij hinc & inde ſtantes verſis vultibus ad altare, & vultu Crucifixi ad Conuentum. Ceteri vero Fratres ordinent ſe ſicut in choro: vltimò ſtet Prior inter vtrumque chorum. Finita Antiphona duo Fratres cantent ℣. **Dicant nunc Iudæi,** & reſumptione finita poſt verſum, qui dicunt verſiculos, dicant ℣. **Dicite in natiónibus,** & Prior ſubiungat Orationem, **Deus, qui pro nobis,** terminando eam. **Per eundem Chriſtum,** & ℟. **Amen.** Cantores incipiant Añam, **Regína cæli.** Et Fratres, ipſam proſequendo, reuertantur in chorum eo ordine, quo venerunt, & miniſtris ordinantibus ſe ante gradum presbyterij modo prædicto, Prior ſtet ad pulpitum, in quo prima Oratio dicta fuit. Finita vero Antiphona, qui dicunt ℣. dicant.

dicant, Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix, & Prior ſubiungat Orationem, Gratiam tuam, finiendo eam, Per eúndem Dóminum noſtrum, &c. Qua finita, & ſubiuncto, Dóminus vobíſcum, dicatur Benedicámus Dómino, ab illis qui dicunt verſiculos: & hoc modo his tribus diebus Veſperæ terminentur.





℣. Dícite in natiónibus, Allelúia. ℟. Quia Dóminus regnáuit à ligno, Allelúia.


O ra-

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubíre voluíſti, vt inimíci à nobis expélleres poteſtátem: concéde nobis fámulis tuis, vt reſurrectiónis grátiam conſequámur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. Antiphona.



Proc.P. G



℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix, Allelúia, &c.

Oratio.


GRátiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde: vt qui Angelo nunciánte Chriſti Filij tui incarnatiónem cognóuimus, per paſſiónem eius & Crucem ad reſurrectiónis glóriam perducámur. Per eúndem Chriſtum.


IN ASCENSIONE DOMINI.

IN die Aſcenſionis, finita Tertia, Prior cum cappa ſerica, & Diaconus cum reliquijs, & Subdiaconus ſericis induti, præcedentibus Ceroferarijs in albis in chorum veniant: & Cantoribus incipientibus ℟. Viri Galilæi. Egrediatur proceſſio eo ordine, qui in Dominica de ramis Palmarum notatus eſt, p. 6. præcedente Fratre cum aqua benedicta.


Reſponſorium.

V







cæ lum? al le-
lú ia. Quemádmodum vi dí ſtis e-
um aſcen dén tem in cæ lum,
i ta vé ni et, Al le lú ia, al le lú-
ia, al le lú ia. ℣. Cum que
in tu e rén tur in cæ lum e ún tem il-
lum: ec ce du o vi ri ad ſti té-




runt iuxta il los in ve ſti bus al bis,




qui & di xé runt. Quemad.

Dum autem cantatur prædictum ℟. fiat prima ſtatio in prima parte clauſtri. In ſtationibus vero ordinent ſe Fratres & miniſtri, & ſtent ſicut in Dominica de ramis Palm. eſt notatū. p.6. Dum prima ſtatio fit: finito ℟. cantetur à duobus Fratribus ℣. Cumque intueréntur. Et hoc idem in duobus ſequentibus ℟℟. obſeruetur. Finita reſumptione poſt Verſum Cantoribus inchoantibus Reſponſorium, Omnis pulchritúdo Dómini, procedatur ad ſecundam ſtationem, quæ fit in tertia parte clauſtri. Reſponſorium.



O Mnis pulchri túdo Dó mini



e xal tá ta eſt ſu per ſí-




de ra, ſpé ci es e ius

in



in nú bi bus cæ li.
Et no men e ius in æ-
tér num pér manet ; al le-
lú ia. ℣. A ſummo cæ lo
egréſ ſi o e ius , & oc cúr ſus
e ius vſque ad ſummum e-
ius. Et no men.

Finita reſumptione poſt Verſum, Cantoribus inchoantibus Reſponſorium, Non conturbétur cor veſtrum, procedatur ad tertiam ſtationem, quæ fiat in quarta parte clauſtri. Reſponſorium.







ve ſtrum, al le-



lu ia. ℣. E go ro gá bo




Pa trem, & á li um Pa ra clé tum




da bit vo bis. Et gaudébit.


Finita reſumptione poſt verſum inchoetur ad introitum eccleſiæ. Aña. O Rex glóriæ, & Conuentu ipſam proſequente, proceſſio chorum ingrediatur. Cum autem conuentus chorum intrat: cęteris euntibus ad ſedes ſuas, qui aquam benedictam portauit, in ſacriſtiã vadat. Prior vero & miniſtri ordinẽt ſe ſicut in Dominica de ramis Palmarum notatũ eſt. Antiph.




O Rex gló ri æ Dó mi ne vir-




tu tum, qui triumphátor hó di e ſu-




per omnes cæ los aſcendi ſti, ne



de re linquas nos ór phanos, ſed



mit te promiſſum Pa tris in nos



Spí ri tum ve ri tá tis, al le lú ia.

℣. Aſcéndit Deus in iubilatióne; Allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, Allelúia.

O rémus. Oratio.

DEus, cuius Vnigénitus in alta cælórum poténter aſcéndens captiuitátem noſtram ſua duxit virtúte captíuam: tríbue quæſumus, vt dona, quæ ſuis partícipibus cóntulit, largiátur & nobis Ieſus Chriſtus Fílius tuus Dóminus noſter. Qui tecum viuit & regnat: Per ómnia ſæcula ſæculórum.
℟. Amen.

Oratione finita Prior & miniſtri in Sacriſtiam vadant.

IN

IN feſto ſacratiſſimi Corporis Chriſti ad proceſſionem cantentur Reſponſoria ſequentia, vel Hymnus eiuſdem feſti ſecundum conſuetudinem Prouinciarum


Reſponſorium primum.





Finita reſumptione poſt ℣. Cantoribus inchoantibus ℟. Accépit Ieſus, procedatur ad ſecundam ſtationem, quæ fiat in tertia parte clauſtri.

Reſponſorium.





di cens: hic ca lix no uum te ſta-
mén tum eſt in me o ſan-
gui ne. Hoc fá ci te in
me am com me mo ra ti ó-
nem. ℣. Memó ri â me-
mor e ro, & ta bé ſcet in me
á nima me a. Hoc.

Fini-



Finita reſumptione poſt ℣. Cantoribus inchoantibus ℟. Accépit Ieſus, procedatur ad ſecundam ſtationem, quæ fiat in tertia parte clauſtri.

Reſponſorium.




di cens: hic ca lix no uum te ſta-
mén tum eſt in me o ſán-
gui ne. Hoc fá ci te in
me am com me mo ra ti ó-
nem. ℣. Memó ri â me-
mor e ro, & ta bé ſcet in me
á nima me a. Hoc.


Fini-

Finita poſt ℣. reſumptione, Cantoribus inchoantibus ℟. Vnus panis, procedatur ad tertiam ſtationem, quæ ſit in quarta parte clauſtri.


Reſponſorium.




i?



in dul cé di ne tu a pau pe ri




De us, qui ha bi tá re fa cis v na-




nímes in do mo. Om nes qui.

Finita reſumptione poſt Verſum, inchoëtur ad introitum Eccleſiæ Antiph. O Sacrum conuiuium, & Conuentu ipſam proſequente, proceſſio ingrediatur Eccleſiam. Cum autem Conuentus chorum intrauerit, cæteris euntibus ad ſedes ſuas: qui aquam benedictam portauit, in ſacriſtiam vadat.

Antiphona.




O Sa crum con uí ui um, in quo



Chri ſtus ſu mi tur, recó li tur me-

mó-



Finita Antiphona Ceroferarij, Cantore eis deferente, dicant ℣. Panem cæli dedit eis. ℟. Panem Angelórum manducáuit homo. Deinde Prior abſq; Dóminus vobíſcum, præmiſſo O remus, dicat ſequentem Orationem. Oratio.

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári: vt redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter ſentiámus. Qui viuis & regnas per ómnia ſæcula ſæ culórum. Amen. Oratione finita Prior cum miniſtris in ſacriſtiam reuertatur.

IN FESTO PVRIFICATIONIS.

IN feſto Purificationis, finita Tertia Prior cum cappa ſerica, & Diaconus cum Miſſali, & Subdiaconus ſericis induti, præcedētibus Acolythis in albis cum cereis accenſis in chorum veniant; & ſi Dominica fuerit,

aqua more ſolitò aſpergatur ab eo, qui delaturus eſt eam in proceſſione, ſi clericus fuerit, vel alio Fratre, cui Sacriſta innuerit, aquam poſt Priorem deferente, ſi Cõuerſus eam in proceſſione portare debuerit. Finita aſperſione aquæ, vel ſi aqua nõ fuerit aſpergenda, poſtquam in chorum venerint, Prior ſtans ante gradus presbyterij verſo vultu ad altare, Diacono coram ipſo tenente librum, candelas à Sacriſta ſuper gradus presbyterij collocatas, ita quod ſint ad dexteram benedicentis, benedicat voce mediocri, hoc modo: Dóminus vobíſcum.


O rémus. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui Vnigénitum tuum in vlnis Simeónis in templo ſancto tuo ſuſcipiéndũ præſentari voluíſti, tuã ſúpplices deprecámur cleméntiam, vt has candélas, quas nos fámuli in tui nóminis magnificéntia ſuſcipiéntes geſtáre cúpimus luce accénſas, Bene ✝ dícere & ſanctificáre, atque lúmine ſupérnæ benedictionis accéndere dignéris; quátenus eas tibi Dómino Deo noſtro offerendo digni, & ſancto igne dulciſſimæ tuæ charitátis accénſi, in templo ſancto glóriæ tuæ repræſentári mereámur. Per eúndem.


Finita benedictione aſpergat eas aqua benedicta: poſtmodum Cantor candelam offerens Priori incipiat Antiphonam, Lumen ad reuelatiónem; & Conuentus ipſam proſequatur, & Canticum, Nunc dimíttis. Cantore incipiente ſingulos verſus cantici, & reincipiente Antiphonam prædictam poſt ſingulos verſus, & repetente, prout neceſſe fuerit, ſi ipſis com-

completis nondum fuerint expedita, quæ ante inchoationem ſunt facienda.

Antiphona.




LVmen ad reue la ti ónem gén ti um, &




gló ri am ple bis tu æ Iſ ra el.

Canticum Simeonis.




NVnc dimit tis ſer uum tu um Dómine



ſecúndum verbum tu um in pace. Aña. Lumen.




℣. Qui a vi dé runt ó cu li me i: ſa lu tá-




re tu um. Aña. Lumen. ℣. Quod pa rá ſti:


ante




ante faci em ómni um populórũ. Añã Lu en.




℣. Glóri a Pa tri, & Fi li o, & Spiri-



tu i ſancto. Añã. Lumen. ℣. Sicut e rat in



prin ci pi o, & nunc & ſem per: & in ſæ-



cu la ſæcu ló rum. Amen. Añã. Lumen.

Sacriſta vero poſtquam Cantor Priori candelam obtulerit; primo candelas miniſtris diſtribuat, deinde Fratribus, incipiens à dextro choro à Superioribus, & alius Frater cui ipſe innuerit, in ſiniſtro, poſtmodum Fratribus conuerſis. Dum candelæ diſtribuuntur: qui delaturi ſunt Crucem, & aquam benedictam, accipiant, quæ ad eos pertinent. Candelis vero diſtributis, & terminatis, quæ cantanda ſunt: incipientibus Cantoribus Antiphonam, Aue grátia plena. Egrediatur proceſſio ſecundum ordinem, qui in Dominica Palmarum notatus eſt. pag. 6.


Antiphona.


A Ve grá ti a ple na
De i Gé ni trix Vir-
go, ex te e nim or tus eſt
ſol iu ſtí ti æ il lu-
minans, quæ in té ne bris ſunt:
læ tá re tu ſe ni or iu ſte
ſuſcí pi ens in vl nas libe ra tó rem
ani-



Dum autem cantatur prædicta Antiphona, fiat prima ſtatio in prima parte clauſtri. In ſtationibus vero ordinent ſe Fratres, & miniſtri, & ſtent ſicut in Dominica prædicta notatum eſt. Finita prædicta Antiph. Cantoribus incipientibus Antiph. Adórna, procedatur ad ſecundam ſtationem in tertia parte clauſtri.

Antiphona.




amplécte re Ma rí am, quæ eſt
cæ lé ſtis por ta, ip ſa e nim
por tat re gem glo ri æ. No-
uo lú mi ne ſub ſi ſtit Vir go addú-
cens in má ni bus Fi li um an te
Lu ci fe rum, quem ac cí pi ens Si-
me on in vl nas ſu as, prædi cá-
uit




Et Aña finita Cantoribus incipientibus Antiphonā, Reſpónſum accépit Símeon, procedatur ad tertiam ſtationem in quarta parte clauſtri. Antiphona.





Et prædicta Antiphona terminata, inchoëtur ad introïtum Eccleſiæ Aña. Hódie. Et proceſſio chorum ingrediatur, & cæteris euntibus ad ſedes ſuas, qui aquam benedictam detulit, in ſacriſtiam vadat. Prior vero & miniſtri ordinent ſe ſicut in Dominica in ramis Palmarum dictum eſt. pag. 6. Antiphona.





Finita vero Antiphona, Ceroferarij, Cantore eis deferente, dicant ℣. Poſt partũ virgo inuioláta, &c. Deinde Prior abſque Dóminus vobíſcum, præmiſſo Orémus, dicat Orationem. Oratio.

ERudi, quæſumus Dómine, plebem tuam: & quæ extrínſecus ánnua tribuis deuotióne vene-

rári : intérius aſſequi grátiæ tuæ lucem concéde. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Dum Oratio dicitur Cruciferarius Crucem reponat in loco ſuo : Oratione finita, Prior & miniſtri in ſacriſtiam vadant : Fratres vero candelas teneant quouſque fuerint offerendæ.

IN FESTO S. DOMINICI PATRIS NOSTRI.

Reſponſorium j. in prima ſtatione clauſtri.



℣. Ad



Reſponſorium ſecundum pro ſecunda ſtatione, quæ fit in tertia parte clauſtri.




vín-



promi sí ſti te pro fu tú rum
frá tri bus . Imple Pa ter quod di-
xí ſti nos tu is iu uans pre-
ci bus. ℣. Qui tot ſignis
claru i ſti in æ gró rum cor pó ri bus
nobis o pem fe rens Chriſti ægris me-
de re mó ri bus . Imple Pa ter.

Ad


Ad introitum Eccleſiæ, Antiphona.




O Lumen Ec clé ſi æ,



do ctor ve ri tá tis, ro-



ſa pa ti én ti æ, e bur ca ſti tá tis,



æ quam ſapi én ti æ propi náſti gratis,



prædi cá tor grá ti æ nos iunge be á tis.

℣. Ora pro nobis beate Pater Dominice, &c.


Orémus. Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Dominici Confeſsóris tui Patris noſtri illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde, vt eius interceſſióne temporálibus non deſtituátur auxílijs, & ſpirituálibus ſemper profíciat increméntis. Per.

IN


IN die Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis: Finita Tertia Prior cum cappa ſerica, & Diaconus cum reliquijs, & Subdiaconus ſericis induti præcedentibus Ceroferarijs in albis in chorum veniant. Et ſi Dominica fuerit, aqua more ſolito aſpergatur, eo qui delaturus eſt eam in proceſſione, ſi Clericus fuerit, vel alio Fratre, cui Sacriſta innuerit, aquam poſt Priorem deferente. Si conuerſus in proceſſione eam portare debuerit, dũ aqua aſpergitur, Subdiaconus, Crucem à Sacriſta præparatã accipiat. Finita aſperſione aquæ. vel ſi aqua non fuerit aſpergenda, poſtquam in chorum venerit, Cantoribus inchoantibus Reſponſoriũ, Felix namque es, Egrediatur proceſſio eo ordine, qui in Dominica Palmarum notatus eſt, præcedente Fratre cum aqua benedicta.

Reſponſorium.



Quia



Qui a ex te ortus eſt ſol
iu ſtí ti æ
Chriſtus Dé us no ſter. ℣. O ra
pro pó pu lo, in ter ué ni pro cle ro,
in ter cé de pro de uó to fœmi ne o
ſe xu, ſén ti ant om nes tu um iu-
uá men quicum que cé lebrant tu am Aſ-
ſum-




ſumpti ó nem. Qui a.

Dum autem cantatur primum Reſponſorium, fiat prima ſtatio in prima parte clauſtri. In ſtationibus vero ordinent ſe Fratres & miniſtri, & ſtent ſicut in Dominica de ramis Palmarum notatum eſt, pag. 6. Dum prima ſtatio fit; finito Reſponſorio cantetur à duobus Fratribus. ℣. Ora pro pópulo, & hoc idem in duobus ſequentibus Reſponſorijs obſeruetur. Finita reſumptione poſt Verſum, Cantoribus inchoantibus Reſponſorium, Sicut cedrus exaltáta, procedatur ad ſecundam ſtationem, quæ fiat in tertia parte clauſtri.


Reſponſorium.



SI cut cedrus e xal ta ta ſum



in Lí ba no, & ſi-




cut cy preſ ſus in mon te Sion




Finita reſumptione poſt Verſum, Cantoribus inchoantibus Reſponſorium, Quæ eſt iſta, procedatur ad tertiam ſtationẽ, quæ fiat in quarta parte clauſtri.

Reſponſorium.





ſicut


ſi cut ſol, & formóſa
tamquam Ie rú ſa lem: vi dé runt
e am fi li æ Si on,
& be á tam di xé runt. Et re gí-
næ laudauérunt e am. ℣. Et ſi-
cut di es verni circumdabant
e am flo res ro ſá rum, & lí li a




Finita reſumptione poſt Verſum, inchoetur ad introitum eccleſiæ Antiphona. Ibo mihi ad. Verſus. Pulchræ. Et conuentu ipſam proſequente, proceſſio chorum ingrediatur. Verſ. & Antiphonæ in medio chori cantentur à duobus. Cum autem conuentus chorum intrat, ceteris euntibus ad ſedes ſuas: qui aquam benedictam portauit in ſacriſtiam vadat. Prior vero & miniſtri ordinent ſe ſicut in Dominica in ramis Palmarum notatum eſt, pag. 6. Antiphona









mácu-


mácu la non eſt in te, ve ni
de Lí ba no ſponſa, ve ni de
Lí ba no: vé ni es & tranſí bis à
mon te Sa nir, & Hermon
A cu bí li bus le ó num, à món-
ti bus le-
o pardórum. ℣. Pulchræ genæ



Finita reſumptione Antiphonæ poſt ℣. Ceroferarii, Cantore eis deferente, dicant ℣. Exaltáta es ſancta Dei Génitrix. ℟. Super choros Angelórum ad cæléſtia regna. Deinde Prior abſque Dóminus vobíſcum, præmiſſo Orémus. dicat Orationem. Venerânda nobis. Dum Oratio dicitur, Cruciferarius crucem deponat in loco ſuo. Oratio.

VEneránda nobis, Dómine, huius diéi feſtiuitas opem cónferat ſalutárem, in qua ſancta Dei Génitrix mortem ſúbijt temporálem, nec tamen mortis néxibus deprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum noſtrũ de ſe génuit incarnátum. Qui tecum viuit & regnat.

Oratione finita Prior & miniſtri in ſacriſtiam vadant.

Sequentes duæ Antiphonæ Beatiſſimæ Virginis cantari debent in proceſſione quę poſt Completoriũ per anni circulum fit Aña, Salue, ſemper debet cantari,

Poſ-

Poſſunt etiam cantari in in aliquibus proceſſionibus quando viſum fuerit Prælato, & Cantori.





il los tu os mi ſe ri cór des
ó cu los ad nos con uér te . Et
Ie ſum be ne dí ctum fructum ventris
tu i no bis poſt hoc e xí li um
ó ſtende . O cle mens . O
pi a . O dulcis vir-
go Ma rí a .


Tempo-

Tempore Reſurrectionis.





Tempore Reſurrectionis.



IN Commemoratione omnium fidelium defunctorum, in aliquibus Conuentibus fiunt quatuor tantum ſtationes: & in aliquibus, qui habent plura cœmeteria, plures quam quatuor: ideo in præſenti libello aſſignantur ix. ſtationes, cum ſuis Reſponſorijs, Euangelijs, & Orationibus, vt omnibus poſſit eſſe communis. Illi ergo qui tantum quatuor ſtationes faciunt; cantatis tribus primis Reſponſorijs cum ſuis Euangelijs & Orationibus: alijs prætermiſſis ad vltimam ſtationem incipiant ℟. Líbera me. Qui autem plures ſtationes faciunt, ſuperaddant de prædictis Reſponſorijs, cum ſuis Euangelijs, & Orationibus, quotquot fuerint neceſſaria; ita tamen, vt prædictum ℟. Líbera me Dómine, in vltima ſtatione cantetur. Qui vero plures quam nouem ſtationes faciunt, dicto Reſponſorio, Meménto mei Deus, repetant de ſuperioribus Reſponſorijs, & Euangelijs, & Orationibus quotquot neceſſe fuerint: & ad vltimam ſtationem incipiatur ℟. prædictum. Líbera me Dómine.

Hora

Hora igitur proceſſionis, Cantoribus inchoantibus Reſponſorium, **Credo quod redémptor**, egrediatur proceſſio hoc ordine. Primo procedat Frater aliquis cum aqua benedicta, quam procedendo aſpergat: poſt eum ceroferarij, deinde crucifer ratius, ſuperpelliceis induti, poſtea reliqui Fratres, iunioribus præcedentibus: vltimo Prior cum cappa ſerica nigra, & Diacono à dextris eius librum Euangeliorum portante, & Subdiacono à ſiniſtris cum libello proceſſionali. Dum autem prædictum Reſponſorium cantatur, fiat prima ſtatio in loco, vbi fuerit conſuetum in illo Conuentu. In hac autem, & in alijs ſtationibus ordinent ſe Fratres, & miniſtri, ſecundum quod notatum eſt in Rubrica in Dominica in ramis Palmarum, **pag. 6.** vel ſecundum loci opportunitatem. Dum prima ſtatio fit, Frater aliquis, cui Cantor iniunxerit, pulpitum, in quo cantanda ſunt Euangelia, mappa coopertum, cum puluinari collocet in medio proceſsionis: per eundem Fratrem, ad alias etiam ſtationes deferendum, & taliter collocandum: vt Diaconus in eo cantans Euangelium habeat vultum verſum ad Aquilonem: niſi forte cantandum eſſet in capitulo, quod eſſet ſitum ad Auſtrum: quia tunc debet habere vultum verſum ad Crucifixum capituli. Item obſeruandum eſt, quod Euangelia, & Orationes ordinaté dicantur, ſicut ſunt aſsignata, hoc excepto, quod ſi ſecunda ſtatio non fit in cœmeterio, vbi corpora Fratrum noſtri Ordinis ſunt ſepulta, tam Euangelium, **Dixit Marthaa d Ieſum**, quam Oratio,

Sa-

Satisfáciat, tunc non dicantur, ſed ad ipſum locum vbi fratrum corpora requieſcunt, dicenda reſeruentur, & in ipſa ſecunda ſtatione aliquid de ſequentibus Euangelijs cum ſua Oratione dicatur loco prædicti Euangelij, & Orationis. Reſponſorium.



Finito

Finito ℞. duo Fratres, quibus Cantor innuerit, in medio Proceſſionis cantent Verſum.



Dum prædictus ℣. cantatur, Diaconus caput inclinans coram Priore, benedictionem petat ad Euangelium legendum, quod etiam ante ſingula alia Euangelia ab eo ſeruetur. Et accepta benedictione accedat ad pulpitum ibidem ad hoc præparatum, & finita reſumptione poſt Verſum, ſtante Subdiacono poſt eum, præmiſſo Dóminus vobíſcum, & Sequéncia ſancti Euangélij, quod etiam fiat in ſequentibus Euangelijs, cantetur Euangelium ſecundùm Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudæórum: Amen amen dico vobis, niſi manducauéritis carnem Fílij hóminis, & bibéritis eius ſánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem, habet vitam ætérnam. Et ego reſuſcitábo eum in nouíſſimo die.


Finito Euangelio, Diaconus & Subdiaconus ad loca ſua reuertantur, & ceroferarij, Cantore eis deferente, dicant ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eorum. eo modo, quo ſolent dici ℣℣. ad memorias in Veſperis, & in Laudibus. Et Prior abſque Dóminus vobíſcum: præmiſſo Orémus: dicat orationem.

Orátio.


DEus vêniæ largítor, & humánæ ſalútis auctor quæſumus cleméntiam tuam, vt noſtræ congregatiónis fratres, ſoróres, familiáres, & benefactóres, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt: beáta María ſemper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium perueníre concédas. Per Chriſtum. ℟ Amen.

Modus huius ſtationis per omnia ſeruetur in omnibus ſequentibus ſtationibus, & vſque ad vltimam ſtationem excluſiuè, tam de Reſponſorijs, Verſiculis, & Euangelijs, quàm de Orationibus dicendis. Finita oratione Cantores incipiant Reſponſorium, Qui Lázarum, & proceſſio procedat ad ſecundam ſtationem. Si ibi ſit ſepultura Fratrum, aliter fiat, vt dictum eſt ſupra pag. 134.

Reſponſorium.



QVi Lázarum re ſu ſci tá ſti



à mo nu mén to fœti dum.

Tu-



Finita reſumptione poſt Verſum cantetur Euangelium ſecundum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Martha ad Ieſum. Dómine ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mórtuus. Sed & nunc ſcio, quia quæcúmque popóſceris à Deo dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus. Reſúrget frater tuus.

tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſúrget in reſurrectióne in nouiſſimo die. Dicit illi Ieſus: Ego ſum reſurréctio & vita. Qui credit in me: étiam ſi mórtuus fúerit viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi: Vtique Dómine. Ego crédidi quia tu es Chriſtus Fílius Dei viui, qui in hunc mundum veníſti.


Finito Euangelio, dicatur à Ceroferarijs Verſus, In memória ætérna erunt iuſti. ℟. Ab auditióne mala non timébunt. Et Prior modo prædicto dicat Orationem.

Oratio.

Satisfáciat tibi Dómine Deus noſter pro animábus famulórum, famularúmque tuárum, frátrum, & ſorórum noſtrárum ſanctæ Dei Genitrícis, ſempérque Vírginis Maríæ, & beáti Domínici confeſsóris tui Patris noſtri, & beáti Petri mártyris, omniúmque Sanctórum tuórum orátio, & præſéntis famíliæ tuæ húmilis & deuóta ſupplicátio: vt peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneant, nec eas patiáris cruciári gehennálibus flammis, quas Fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretióſo ſánguine redemíſti. Qui tecum viuit & regnat per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Finita Oratione, Cantores incipiant reſponſorium, Dómine quando véneris. Et proceſſio procedat ad tertiam ſtationem.

Reſponſorium.




ris iu di cá re ter ram v-
bi me ab ſcón dam à vul tu
i ræ tu æ. Qui a
pec cá ui ni mis in vi ta
me a.
Duo Fratres cantent ℣.
Commiſ ſa me-
a pa uéſco, & a n te te e ru-
bé ſco: dum vé neris iu di cá re no li
me



me condemná re. Qui a.

Finita reſumptione poſt Verſum, cantetur Euangelium ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæórum. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui mandúcat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cælo deſcéndit. Non ſicut manducáuerunt patres veſtri manna, & mórtui ſunt. Qui mandúcat hunc panem, viuet in ætérnum.

Finito Euangelio, Ceroferarij dicant Verſum.


Ne tradas béſtijs ánimas confiténtes tibi. ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliuiſcáris in finem.

Et Prior dicat Orationem modo prædicto. Oratio.

DEus, qui nos patrem, & matrē honoráre præcépiſti; miſerére cleménter animábus paréntum noſtrórum, eorúmque peccáta dimítte: noſque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per. ℟. Amen.

Finita oratione Cantores incipiant ℟. Heu mihi.
Et proceſsio procedat ad quartam ſtationem.


Reſponſorium.




HEu mi hi Dó mi ne qui a pec-
caui



Duo Fratres cantent Verſum.



K dé



Finita reſumptione poſt Verſum, cantetur Euangelium ſecundùm Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudæórum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mórtui áudient vocem Fílij Dei, & qui audíerint viuent. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetípſo: ſic dedit & Fílio vitam habére in ſemetípſo: Et poteſtátem dedit ei iudícium fácere, quia Fílius hóminis eſt. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis ſunt, áudient vocem Fílij Dei: & procédent qui bona fecérunt, in reſurrectiónem vitæ: qui vero mala egérunt, in reſurrectiónem iudícij.

Finito Euangelio Ceroferarij dicant. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum. Et Prior modo prædicto dicat Orationem. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, cui numquam ſine ſpe miſericórdiæ ſupplicátur: propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum: vt qui in hac vita in tui nóminis confeſſióne deceſſérunt: Sanctórum tuórum número fácias aggregári. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Finita

Finita Orat. Cantores incipiant. ℟. Ne recordéris. Et proceſſio procedat ad quintam ſtationem. Reſponſ.



 Finita

Finita reſumptione poſt Verſum, cantetur Euangelium ſecundùm Matthæum.

IN illo témpore: Loquénte Ieſu ad turbas: Ecce princeps vnus accéſſit,& adorábat eum, dicens: Dómine fília mea modò defúncta eſt: ſed veni, impóne manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebátur eum,& diſcípuli eius. Et ecce múlier, quæ ſánguinis fluxũ patiebátur duódecim annis, accéſſit retrò, & tétigit fimbriam veſtiménti eius. Dicébat áutem intra ſe: Si tetígero tantum veſtiméntum eius, ſalua ero. At Ieſus conuérſus, & videns eam, dixit: Confíde fília, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt múlier ex illa hora. Et cum veníſſet Ieſus in domo príncipis, & vidíſſet tibicínes & turbam tumultuántem, dicébat: Recédite, non eſt enim mórtua puélla, ſed dormit. Et deridébant eum. Et cum eiécta eſſet turba, intráuit: & ténuit manum eius: Et ſurréxit puélla. Et éxijt fama hæc in vniuérſam terram illam.

Finito Euangelio dicatur à Ceroferarijs ℣. In memória. & Prior modo prædicto dicat Orationem.

Oratio.

ANimábus, quæſumus Dómine, famulórum, famularúmque tuárum, orátio profíciat ſupplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas, & tuæ redemptiónis fácias eſſe partícipes. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

Finita Oratione, Cantores incipiant ℟. Dómine ſecúndum actum meum, & proceſſio procedat ad ſextam ſtationem.

Reſponſor.

Reſponſorium.





Finita reſumptione poſt Verſum cantetur Euangelium ſecundum Lucam.

IN illo témpore: Ibat Ieſus in ciuitátem quæ vocátur Naim: & ibant cum illo diſcípuli eius, & turba copióſa. Cum áutem appropinquáret portæ ciuitátis: ecce defúnctus efferebátur fílius vnicus matris ſuæ, & hæc vídua erat: & turba ciuitátis multa cum illa. Quam cum vidiſſet Ieſus, miſericórdia motus ſuper eam dixit illi: Noli flere. Et accéſſit, & tétigit lóculum. Hi áutem qui portábant ſtetérunt.

Et

Et ait: Adoléſcens: tibi dico, ſurge. Et reſédit qui erat mórtuus: & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. Accépit áutem omnes timor: & magnificábant Deum, dicéntes: quia Prophéta magnus ſurréxit in in nobis: & quia Deus viſitáuit plebem ſuam.

Finito Euangelio dicatur à Ceroferarijs Verſus, Ne tradas béſtijs ánimas confiténtes tibi. ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliuiſcáris in finem.

Et Prior modo prædicto dicat Orationem. Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab Angelis lucis ſuſcéptas in præparáta habitácula dedúci fácias beatórum. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione Cantores incipiant ℟. Peccántem me, & proceſſio procedat ad ſeptimam ſtationẽ.

Reſponſorium.





Finita reſumptione poſt Verſum, cantetur Euangelium ſecundùm Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudæórum: Omne quod dat mihi Pater ad me véniet: & eum qui venit ad me non eiíciam foras. Quia deſcéndi de cælo: non vt fáciam voluntátem meam, ſed voluntátem eius, qui miſit me. Hæc eſt áutem volúntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſúſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt enim volúntas Patris mei, qui

miſit

miſit me: vt omnis qui videt Fílium, & credit in eum, hábeat vitam ætérnam. Et ego reſuſcitábo eum in nouíſſimo die.

Finito Euangelio dicatur à Ceroferarijs ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum. Et Prior modo prædicto dicat Orationem. Oratio.

ABſólue Dómine ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: vt in reſurrectiónis glória inter ſanctos, & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione Cantores incipiant ℟. Meménto mei. & proceſſio procedat ad octauam ſtationem.

Reſponſorium.



ócu-



Finita reſumptione poſt Verſum, legatur Euangelium ſecundum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudæórum: Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam ætérnam. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauérunt manna in deſérto, & mórtui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcéndens; vt ſi quis ex ipſo manducáuerit, non moriátur: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcéndi: Si quis manducáuerit ex hoc pane, viuet in ætérnum: Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Finito Euangelio dicatur à Ceroferarijs ℣ In memória, &c. Et Prior modo prædicto dicat orationem.

Oratio.

DEus, fidélium lumen animárum, adéſto ſupplicatiónibus noſtris: & da famulis, & famulábus tuis, quorum córpora hic, & vbíque in Chriſto requiéſcunt, refrigérij ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione, ſi ſuperfuerint plures ſtationes, repetatur de præmiſſis Reſponſorijs, Euangelijs, Ver-

Verſiculis, & Orationibus, prout fuerit neceſſe: & ad vltimam ſtationem Cantores incipiant ℟. Libera me. Et proceſſio ad ipſam vltimam ſtationem procedat, & dicat ℟. procedendo in chorum.

Reſponſorium.




℣. Dios


℣. Di es il la di es i ræ, ca la mi tá-
tis & mi ſe ri æ, di es magna, &
a má ra val de. Quando. ℣. Tremens
factus ſum e go, & tí me o dum
diſcúſſi o vé ne rit, at que ven tú-
ra i ra. Dum ve. ℣. Quid e go
mi ſér ri mus, quid di cam, vel quid fa-
ci am, dum nil bo ni pér fe ram an-


tę tan tum iú dicem. Quando.
℣. Nunc Chriſte tę pé ti mus, mi ſe ré re
quæſumus, qui ve ní ſti redímere pérdi-
tos, no li dam ná re redémptos. Dum
℣. Cre á tor ómni um re rum De us, qui
me de li mo ter ræ formáſti; & mi-
ra bí li ter pró pri o ſán gui ne re de-
míſti



miſti : corpúſque me um licet mo do
pu réſcat , de ſe púlchro fá ci es in
di e iu dí ci j reſu ſci tá ri :
ex áu di , ex áu di me : vt á nimam
me am in ſi nu Abra hæ Pa tri ár-
chæ tu i iú be as
col lo cá ri.

Cho-




Chorus ℣. Lí be ra me Dó mi ne.

℟. Libera me Dómine totum ex integro vſque ad Verſum excluſiuè repetatur. Finita repetititione Reſponſorij, Cantores incipiant. Kyrie eléiſon, & Conuentus proſequatur.




Kyri e e le i ſon. Conuent. Chriſte ele i ſon




Cantores. Ky ri e e lé i ſon.

Poſt Kyrie eléiſon. Prior dicat alta voce.




Pa ter noſter.

Quo dicto dicant omnes illud in ſilentio: & eo finito ſubiungat Prior.




Et ne nos inducas in tentatiónem.



℟. Sed lí be ra nos à ma lo.

Prior




Prior ℣. A porta ín fe ri. ℟. E ru e.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. & O rémus. Oratio.


FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam, quam ſemper optauérunt, pijs ſupplicatiónibus conſequántur. Oratio.

DEus, cuius miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt: fámulis & famulábus tuis ómnibus hic, & vbíque in Chriſto quieſcéntibus, da propítius véniam peccatórum, vt à cunctis reátibus abſolúti tecum ſine fine lætént ur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Deinde Prior dicat:



R equi é ſcant in pa ce. ℟. Amen.

Reſponſo Amen. Prior & miniſtri in ſacriſtiam vadant. Tunc ſi ſtatio iſta facta non fuerit in choro, cõuentu accedente ad chorũ, Cãtor incipiat Pſ. De profúndis. hoc modo, & fratres ipsũ proſequantur.



D e pro fún dis clamáui ad te Dómine.

Quod ſi multũ diſtantes fuerint à choro, incipiat De profundis incipiant Pſ. Miſerére eodem modo, terminando eos per Réquiem.

De

DE SOLEMNI RECEPTIONE Conuentus.

CVm Conuentus mittitur ad aliquem locum, ſi deuotio cleri, vel populi, vel vtriuſque talis eſt vt credatur vtile ipſum recipi ſolemniter, tunc die præcedenti ante diem aſſignatam ad receptionem ipſius, Prior cum fratribus deputatis conuentui illi, & aliorum, ſi viſum fuerit, decenti ſocietate ſtent in aliquo loco ita propinquo, vt in craſtino, hora competenti venire poſſint ad dictum locum. Venientes autem manè, pergentes proceſſionaliter, præcedentibus, aqua benedicta, qua deferens aſpergat occurrentes, & cruce, honeſtè & decenter ſicut decet religioſos, ſe habeant incedentes, legendo Pſalmos, cantando Litaniã, vel alia, prout Priori viſum fuerit.

Cum autem venerint ante portam eccleſiæ, ordinent ſe in platea proceſſionaliter, cruciferario ſtante ante portam eccleſiæ verſo vultu ad Eccleſiam. Quo facto duo fratres, quibus Prior iniunxerit ſtantes in medio incipiant Antiphonã. **Salue Regína.** vel **Aue Regína.** & dicant cum eiſdem reuerentijs ſicut dicitur poſt Completorium. Qua dicta, & dicto ℣. **Dignáre &c.** à duobus, quibus Prior ordinauerit, dicat Prior, vel ille, cui iniunxerint, ſine **Dóminus vobíſcũ. O rémus. Protége Dómine fámulos, &c. pag. 45.**

Deinde ijdem fratres, qui incœperant Antiphonam prædictam, incipiant Antiph. **O lumen eccléſiæ.** & cantando iſtam Antiphonam fratres intrent eccleſiam exteriorem, vbi ordinent ſe proceſſionaliter ſecundum prædictum modum. Et dicto ab eiſ-

dem., qui prius., verſiculo, Ora pro nobis beáte Pater Domínice &c. Dicat qui prius ſine Dóminus vobíſcum. Orémus. Deus qui eccléſiam &c. p.48.

Poſtmodum incepta Antiphona de Sancto, cuius eſt eccleſia, fratres ingrediantur chorum, & dicto verſiculo & oratione de Sancto ab eiſdem, & ſecundum eundem modum vt ſupra, poſt orationem de Sancto incipiatur ℟. Bénedic Dómine domum iſtam &c. ℣. Dómine ſi conuérſus. Quo dicto cum verſiculo, & Glória, & reſponſionibus, & verſiculo, Oſténde nobis Dómine &c. quæ omnia dicenda ſunt ab eiſdem qui ſupra, ſubiungatur ſine Dóminus vobíſcū.

Orémus. Oratio.

EXáudi nos Dómine ſancte Pater omnípotens, ætérne Deus: & míttere dignéris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet, atque defédat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Si vero eccleſia fuerit de beata Virgine, vel beato Dominico, tunc prima ſtatio fiat, vt prius, in platea, ſecunda in choro fratrum, ita vt in ſecunda ſtatione dicatur Antiphona de illo, cuius eſt eccleſia, & addatur Oratio. Exáuſti nos. In prima vero ſtatione dicatur alia Antiphona, vt ſupra, de illo, cuius eſt eccleſia, cum ℣. & oratione debitis.

Si vero fuerit voluntas Epiſcopi, ſeu cleri, quod proceſſio vadat ad Cathedralem eccleſiam: vadat illuc primo, quam ad domum noſtram, & cantetur aliquid de Sancto cuius eſt eccleſia, cum verſu & oratione debitis dicendis ab illis qui ſupra.

Idem


Idem etiam faciendum eſt, ſi conuentus aliam intret eccleſiam ſecundum morem terræ, iuxta quàm contingit ipſum tranſire; hoc ſemper obſeruato, vt vltimo veniat ad locum noſtrum.

Reſponſorium.



Tempore Reſurrectionis.





DE RECEPTIONE LEGATORVM,

& aliorum qui ſunt recipiendi ſolemniter.

CVm Legatus aliquis fuerit ſolemniter recipiẽdus in aliqua domo noſtra: appropinquante aduentu eius, conuocentur fratres in choro, & congregati exeant, antequam ipſe intret domum proceſſionaliter ad exteriorem eccleſiam, præcedentibus duobus collateraliter incedentibus, qui deferant aquam benedictam, & thuribulum. Deinde ſequente cruciferario cum cruce, poſtmodũ Diacono cũ libro Euang. poſtea Priore cum ſtola ſuper cappam, & libello ad officiũ neceſſario, vel cappa ſerica, ſi maior fuerit ſolẽnitas faciẽda, in quo caſu prædicti miniſtri procedere debent in ſuperpelliceis, alias in cappis, poſtmodũ Conuentus, præcedentibus ſenioribus, & ſic procedatur vſq; ad portam exteriorem, per quam ingredi debet Legatus. Vbi ſubſiſtente Priore, ordinate ſtet conuentus poſt eũ. Adueniente igitur Legato ad portam prędictam, det Prior eidem aſperſoriũ, vt ipſe ſe & alios aſſiſtentes aſpergat: quod ſi noluerit recipere, Prior ipſum aſpergat. Deinde porrigat ei thus ad ponendum in thuribulo, eius relinquens volũtati, vt benedicat ipſum vel non. Si autem noluerit ip-

ſum accipere, ipſe Prior non benedicens, illud ponat in thuribulo, & ſiue ipſe Legatus, ſiue ipſe Prior poſuerit thus in thuribulo, in vtroque caſu Prior incenſet eum ſolum. Deinde reddito thuribulo thuriferario det ei librum Euang. ad oſculandum. Quo facto, Cantor incipiat ℟. **Ciues** infra notatum, & totus Conuentus ipſum proſequatur ſimul cum Verſu, & **Glória**. Et Cantor incipiat Verſ. & **Glória Patri**, & reinceptiones debitas: Dum autem reincipitur Reſponſorium: moueatur proceſſio, & intret chorum, præcedentibus iunioribus, Priore cum aliquibus antiquioribus paucis, quos præcedant prædicti miniſtri, ducente Legatum ad locum præparatum decenter in choro, vel ſuper gradus, vbi commode flexis genibus poſſit orare.

Dum autem appropinquatur ad finem cantus, inuitetur Legatus à Priore, vt ſurgens det benedictionem, ſi eſt talis perſona, vt eam conſueuerit dare. Si autem noluerit, ipſo perdurante in oratione. Finito cantu ſtatim dicat Prior ℣. **Saluum fac ſeruum tuum** ℟. **Deus meus ſperántem in te.** ℣. **Saluum fac pópulum tuum Dómine.** ℟. **Et bénedic hæreditáti tuæ.** Deinde dicto **Dóminus vobíſcum.** & **Orémus.** dicat: **Omnipótens ſempíterne Deus, qui facis mirabília, &c. pag. 166.** quære illam in fine Reſponſorij. Quo facto, inuitetur ad ſurgendum. Si autem dare voluerit benedictioné, non dicatur prædicta Oratio.

Data ergo benedictione, vel dicta oratione prædicta, ducatur ad capitulum ſi voluerit prædicare, vel aliquid dicere fratribus, qui conueniant ad pulſatio-

ſationem campanæ capituli : vel ſi noluerit intrare capitulum, dicatur Miſſa, ſi dicenda fuerit ab ipſo, vel ab alio : dicta Hora aliqua, ſi dicenda eſt, dum ad Miſſam ſe præparant præparandi, vel aliud fiat ſi ipſi Legato videtur aliud faciendum.

Si Epiſcopus, vel Metropolitanus, vel alia perſona eccleſiaſtica habens regimen animarum fuerit recipienda ſolemniter, eadem forma ſeruetur.

Si vero alia perſona ſublimis ſæcularis fuerit recipienda, ſimiliter obſeruetur eadem forma : hoc excepto, quod loco illius Reſponſorij **Ciues Apoſtolórum**, dicatur ℟. **Tua eſt poténtia.** & loco orationis ſupradictæ, dicatur hæc oratio. **Fámulum tuum N.** vel **fámulam tuam &c.** quære illam infra in fine Reſponſorij, **Tua eſt poténtia. pag. 167.**

Si vero fuerit Rex, vel Imperator, loco illius Verſiculi **Saluum fac ſeruum tuum &c.** dicatur : **Dómine ſaluum fac Regem.** & in oratione dicatur **Fámulum tuum Regem noſtrum,** vel **Imperatórem noſtrum.** Si vero fuerit Regina, vel Imperatrix, non mutetur ℣. prædictus, niſi quo ad ſexum, vt dicatur. **Saluam fac fámulam tuam Dómine &c.** & in oratione dicatur **Fámulam tuam Regínam noſtram,** vel **Imperatrícem noſtram.**

Si Epiſcopus ciuitatis, vel alius fuerit præſens, rogandus eſt vt faciat officium ſupradictum Prioris.

Cantoris autem eſt prouidere de ſupradictis miniſtris.

Si vero ſolemnitas maior, vel deuotio requirat, vt aliquid plus cantetur quam ſupradictum ſit, poterit


rit cantari aliquid de beata Virgine, vel de beato Dominico, vel de Sancto, cuius eſt eccleſia ſecundum ordinationem Cantoris cum conſilio Prioris: ita vt finito cantu prædicti Reſponſorij, cantetur illud immediate, & dicatur oratio de Sancto, de quo cantatur, cum Verſ. & oratione propria, cum Verſiculis, & oratione prædictis, ita tamen quod Verſ. de Sancto, præponatur alijs.

Ad hoc ſciendum eſt, quod ſi aliquis de prædictis recipiendis ſolemniter, habeat aliquam formam in ſui receptione differentem à ſupradicta, quam velit obſeruari, de quo conferendum eſt cum Capellano eius, debet illa ſeruari, & maxime in receptione Papę.


Reſponſorium.





mi nántes pà tri am. Da re pa cem
gén ti bus, & li be-
rá re pó pu lum Dó-
mi ni. ℣. Audí te preces
ſúp pli cum vi tæ æ tér næ poſcéntes præ-
mi a, qui fer tis in dextris ma-
nípulos iu ſtí ti æ, qui que gau-
dén-




dentes ad ue ní ſtis hó di-



e. Portán tes. ℣. Gló ri a



Pa tri, & Fí li o: & Spi rí-



tu i ſan cto. Da re.

℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperántem in te. ℣. Saluum fac pópulum tuum Dómine. ℟. Et bénedic hæreditáti tuæ. Dóminus vobiſcum.

Orémus. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus: prætende ſuper fámulum tuum N & ſuper cunctas congregatiónes illi commiſſas ſpíritum grátiæ ſalutáris: & vt in veritáte tibi compláceant, perpétuum eis rorem tuæ benedictiónis infúnde. Per Chriſtum.


In

SAECVLARIVM PRINCIPVM.

Reſponſorium.



Da



Da pa cem. ℣. Gló ria. In di.

℣. Dómine ſaluum fac Regem. ℟. Et exáudi nos in die qua inuocauérimus te. ℣. Saluum fac pópulum tuum Dómine. ℟. Et bénedic hæreditáti tuæ. Dóminus vobíſcum. Orémus. Oratio.

FAmulum tuum Regem noſtrum, quæſumus Dómine, tua ſemper protectióne cuſtódi, vt líbera mente tibi deſéruiat, & te protegénte à malis ómnibus ſit ſecúrus. Per Chriſtum. ℟. Amen.

DE PROCESSIONIBVS OCCVRRENTIBVS; & extraordinarijs.

CVm erit facienda aliqua proceſſio in clauſtro, vel extra, aliquo caſu occurrente, ſicut eſt turbatio aeris, periculum belli, tribulatio eccleſiæ, ſtatus Terræ ſanctæ, infirmitas Principis, receptio reliquiarum, reuerentia Papæ, vel alicuius magni Principis (cui occurritur, vel cum proceſſione deducitur) occaſio Capituli generalis, vel Prouincialis, excellentia defuncti, & huiuſmodi: legatur, & cantetur, & fiant ſtationes ſecundum ordinationem Prioris, cum conſilio diſcretorum, prout competit materiæ, cuius occaſione fit proceſſio, & viſum fuerit ad ædificationem intuentium expedire.

Vltra

Digitized by Google

Vltra iſtas occaſiones ſuprapoſitas, aliæ etiam poſſunt occurrere in particularibus Conuentibus, videlicet feſtum Patroni, vel alia deuotio, vel obligatio alicuius Capellæ, vel Sancti. Tunc poterit cantari de Reſponſorijs & Hymnis infra poſitis, & de Antiphonis proprijs, vel communibus Sanctorum, quæ habentur ſupra in Cœna Domini ad ablutionem altarium ſecundum feſtum occurrens; quæ ſufficere poſſunt ad quamcumque proceſſionem faciendam, videlicet, in prima ſtatione cantetur Reſponſorium commune de Sancto, vel Sancta, in cuius honore fit proceſſio, in ſecunda ſtatione ℟. de beata Virgine. Virgo parens. in tertia. ℟. de beato Dominico O ſpem. ad introitum eccleſiæ Antiphona aliqua cōmunis de infra poſitis.

De beata Virgine Reſponſorium.



&




Antiphona vnius vel plurimorum Apoſtolor.






De Apoſtolis alia Antiphona.



vos



In proceſſione alicuius martyris Reſponſoriũ.




mini con feſ ſi ó ne ſun dá-
tus in ter tormen tó rum ſup plí ci-
a ſte tit im per tér ri tus.
Ac demum tri um phá li mor te
in sí gnis. Cæ los pe ti-
uit ſán gui ne lau re-
á tus. ℣. Fe lí ci

M cóm-



Ad proceſſionem plurimorum Martyrum. ℟.



℣. Iſti




Ad proceſſ. vnius Confeſſor. Reſponſor.






Vnius confeſſoris Antiphona.






pre mi mur, be a ti tú di nis tuæ gló ri a



ſub le ué mur, & te du ce æ térna




præ mi a con ſe quámur.


Ad Proceſſionem de aliqua virgine, vel virginibus. Reſponſorium.



R Egnum mun di, & omnem



ornátum ſæ cu li con témp ſi propter amó-



rem Dó mi ni me i Ie ſu Chríſti.



Tempore Reſurrectionis Antiphona commu-
nis ad omnes Sanctos.



ni tá tis, & læ tí ti æ, Al le-

lú ia, al le lú ia.

In proceſſione tempore belli contra inimicos fidei Catholicæ Reſponſorium.

C On gre gá ti ſunt i ni mí ci,

no ſtri: Et glo ri án tur

in vir tú te ſu-

a: cón te re fór ti tú di nem il-


ló rum Dó mi ne, & di ſpérge


il los. Vt co gnó ſca nt,
qui a non eſt a li us,
qui pu gnet pro no bis, ni ſi tu
De us no ſter. ℣. Diſpér-
ge il los in vir tú te tu a;
& de póne e os protéctor no ſter Dó-
mi ne. Vt co gno-

HYMNI

HYMNI DE TEMPORE.


Dominica prima Aduentus. Ad Veſperas. Hymnus.



COnditor alme syderum, Aetérna lux



cre dén ti um : Chriſte Re demptor óm-



nium, Ex áu di pre ces ſúpplicum.

Qui condolens intéritu Mortis períte ſæculum, Saluáſti mundum lánguidum, Donans reis remédium.


Vergénte mundi veſperè, Vti ſponſus de thálamo Egréſſus honeſtiſſima Vírginis matris cláuſula.

Cuius forti poténtię Genu curuántur òmnia. Cæléſtia, terréſtria Nutu faténtur ſúbdita;


Te deprecámur ágie, Ventúre iudex ſæculi, Conſérua nos in témpore, Hoſtis à telo pérfidi:

Laus, honor, virtus, glória Deo Patri, & Filio, Sancto ſimul Paracléto, in ſempitérna ſæcula. Amen.


Ad Matutinum Hymnus.



VErbum ſupérnum pródiens, A Patre olim



olim éxiens, Qui natus orbi ſúbuenis,



Curſu declíui tém poris.

Illúmina nunc péctora, Túóque amóre cóncrema: Audíto vt præcónio Sint pulſa tandem lúbrica.


Iudéxque cum poſt áderis, Rimári ſacta péctoris, Reddens vicem pro ábditis, Iuſtíſque regnum pro bonis.

Non demum arctémur malis, Pro qualitáte críminis: Sed cum beátis cómpotes, Simus perénnes cælibes.

Laus, honor, virtus, glória Deo Patri, & Filio, Sancto ſimul Paracléto, In ſempitérna ſæcula. Amen.

In Laudibus Hymnus.

Eiuſdem toni cũ Præcedenti, Verbũ ſupérnũ. p. 181.



VOx clara ecce íntonat,

Obſcúra quæque íncrepat: Pellántur éminùs ſómnia, Ab æthere Chriſtus prómicat


Mens iam reſúrgat tórpida, Quæ ſorde extat ſáucia: Sidus refúlget iam nouum, Vt tollat omne nóxium.

E ſúrſum Agnus míttitur, Laxáre gratis débitum: Omnes pro indulgéntia Vocem demus cum lacrymis.


Secúndò vt cum fúlſerit, Mundúmque horror cínxerit, Non pro reátu púniat, Sed pius nos tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória Deo Patri & Filio, Sancto ſimul Paracléto, In ſempitérna ſæcula. Amen.


In vigilia Natiuitatis Domini ad Veſperas. Hymnus



V Eni Redemptor Gén ti um , O ſtén de



partum Vírginis : Mi ré tur om ne ſæ cu-



lum , Ta lis de cet par tus Deum.

Non ex virili ſémine , Sed myſtico ſpirámine Verbum Dei factum caro, Fructúſque ventris flóruit.

Aluus tuméſcit Vírginis , Cláuſtra pudóris permanent, Vexílla virtútum micant, Verſatur in templo Deus.

Procédens de thálamo ſuo , Pudóris aula régia Géminæ gigas ſubſtántiæ , Alacris vt currat viam.


Egréſſus eius à Patre, Regréſſus eius ad Patrem : Excúrſus vſque ad inferos , Recúrſus ad ſedem Dei.

Æquális ætérno Patri , Carnis trophæo accíngere : Infírma noſtri córporis Virtúte firmans pérpeti.

Præſépe iam fulget tuum, Luménque nox ſpirat nouum, Quod nulla nox intérpolet, Fidéque iugi lúceat.


Glória tibi Dómine , Qui natus es de Vírgine , Cum Patre & ſancto Spíritu , In ſempitérna ſæcula . Amen.

Ad Matutinum Hymnus.




C Hriſte Redémptor óm ni um , Ex Pa tre

Pa-



Patris V ni ce ſo lus an te princi-



pi-um na tus in ef fa- bí li ter.

Tu lumen, tu ſplendor Patris. Tu ſpes perénnis ómnium, Inténde quas ſundunt preces Tui per orbem ſámuli.

Meménto ſalútis auctor, Quod noſtri quondam córporis. Ex illibáta Virgine, Naſcendo, formam ſúmpſeris.


Sic præſens teſtatur dies, Currens per anni círculum, Quòd ſolus à ſede Patris Mundi ſalus aduéneris.

Hunc cælum, terra, hunc mare. Hunc omne quód in eis eſt, Auctórem aduéntus tui Láudans exúltat cántico.

Nos quoque qui ſancto tuo Redémpti ſanguine ſumus, Ob diem natális tui, Hymnum nouũ concínimus. Glória tibi Dómine, &c.

In Laudibus Hymnus.

Eiuſdem toni cum Veni Redémptor Géntium. pag. 181.



A So lis or tus cár di ne:

Ad vſque terræ límitem: Chriſtum canámus príncipem: Natum María Vírgine.

Beátus áuctor ſæculi, Seruíle corpus índuit: Vt carne carnem líberans, Ne pérderet quos cóndidit.

Caſtæ paréntis víſcera Cœléſtis intrat grátia: Venter puéllæ báiulat Secréta, quæ non nóuerat.

Domus pudíci péctoris Templum repénte fit Dei: Intácta néſciens virum, Verbo concépit fílium.

Enixa eſt puérpera, Quem Gábriel prædíxerat, Quem matris aluo géſtiens, Cláuſus Ioánnes ſénſerat.

Fœ-


F œno iacére pértulit, Præſépe non abhórruit, Paruóque lacte paſtus eſt, Per quem nec ales éſurit.

G áudet chorus cæléſtium, Et Angeli canunt Deo: Palámque fit paſtóribus Paſtor creátor ómnium. G lória tibi Dómine, &c.

In Epiphania Domini ad Veſperas, & ad Matutinum.

Hymnus.

Eiuſdem toni cum Veni Redémptor. vt ſupra pag. 183.



H Oſtis Heródes ím pi e, Chriſtum venire quid times? Non éripit mortália, Qui regna dat cæléſtia.

I bant Magi, quam viderant, Stellam ſequéntes præuiam: Lumen requirunt lúmine, Deum faténtur múnere.


L auácra puri gúrgitis Cæléſtis Agnus áttigit: Peccáta quæ non détulit, Nos abluéndo ſúſtulit.

N ouum genus poténtiæ, Aquæ rubéſcunt hydriæ, Vinúmque iuſſa fúndere, Mutáuit vnda oríginem.

G lória tibi Dómine, Qui appáruiſti hódie, Cum Patre & ſancto Spiritu, In ſempitérna ſæcula. Amen.

In Laudibus Hymnus.

Eiuſdem toni cum Veni Redémptor vt ſupra. pag. 183.



A Pa tre v ni gé ni tus Ad nos venit per Vírginem: Baptiſma cruce conſecrans: Cunctos fidéles génerans.

D e cælo celſus pródijt, Excépit formam hóminis: Factúram morte rédimens, gáudia vitæ lárgiens,


H oc te Redemptor quæſumus, Illábere propitius, Clarúmque noſtris ſenſibus Lumen præbe fidélibus.

M ane nobíſcum Dómine, Noctem obſcúram rémoue: Omne delictum áblue, Piam medelam tribue.


Q uem

tis Amant veri iúdices: Frangis nobis fauos mellis, De ſcriptúris diſſerens.

Quæ obſcúra prius erant, Nobis plana fáciens: Tu de verbis Saluatóris Dulcem panem cónficis: Et propínas pótum vitæ De pſalmórum néctare.

Tu de vita Clericórum Sanctam ſcribis régulam: Quam qui amant, Et ſequuntur, Viam tenent régiam: Atque tuo ſancto ductu Rédeunt ad pátriam.

Regi regum ſalus, vita, Decus, & impérium: Trinitáti laus, Et honor Sit per omne ſæculum: Qui conciues nos aſcríbat Supernórum ciuium. Amen.

In Laudibus Hymnus.



Quod lingua foris perſonat, Intus affectus ſéntiat: Nec imitári pígeat, Quod laudáre mens ápprobat.

Hunc poſt mundi curricula, Cæli ſuſcépit cúria, Quem cum ſuis fidélibus Iam coronáuit Dominus.


Conémur totis viribus, Iungámus preces précibus: Vt Auguſtini méritis Cæli fruámur gáudijs. Præſta Pater piiſſime,

In Natiuitate B.Mariæ Virg dicantur Hymni ſicut ſupra in Purificatione notati ſunt. p. 210.


In Exaltatione S. Crucis dicantur Hymni ſicut in Inuentione eius notatum eſt p. 219.

In


In vtroque feſto S. Michaelis Archangeli, & per Oct. & in Oct. ad Veſperas, & Matutinum Hymnus.



T I bi Chriſte ſplendor Patris, Vi ta,



virtus córdium, In conſpéctu An ge ló rum



Vo tis, vo ce pſállimus, Alternántes con-



cre pán do Me los da mus vó ci bus.

Collaudámus venerántes Omnes cæli milites: Sed præcipuè Primátem Cæleſtis exércitus, Michaëlem in virtúte Conteréntem Zábulum.

Quo custóde procul pelle Rex Chriſte piiſſime, Omne nefas inimíci, Mundo corde & córpore: Paradíſo redde tuo Nós ſola cleméntia.


Glóriam Patri melódis Perſonémus vócibus: Glóriam Chriſto canámus, Glóriam Paracléto, Qui trinus & vnus Deus Extat ante ſæcula. Amen.

In Laudibus Hymnus.



C Hri ſte ſan ctó rum de cus An ge ló rum:

áuctor



Angelum pacis Míchael ad iſtam Cælitus mitti rogitámus áulam: Nobis vt crebro veniénte creſcant, Próſpera cuncta.

Angelus fortis Gábriel, vt hoſtem Pellat antíquum, vólitet ab alto, Sæpius templum véniens ad iſtud Viſere noſtrum.

Angelum nobis médicum ſalútis Mittet de cælis Ráphael, vt omnes Sanet ægrótos, paritérque noſtros Dírigat actus.

Hinc Dei noſtri Génitrix María, Totus & nobis Chorus Angelórum Semper aſsíſtat, Simul & beáta Cóncio tota.

Præſtet hoc nobis Déitas beáta Patris, ac Nati, paritérque ſancti Spíritus, cuius réboat in omni Glória mundo. Amen.

Infra Octauas S. Michaelis Hymnus.




In

In feſto S. Angeli Cuſtodis ad Veſperas, & Matut.

Hymnus.

Eiuſdem toni cum Sacris ſolémnijs, in feſto Córporis Chriſti. pag. 204.




CVſtó des hó mi num, pſallimus Angelos, Natúræ frágili, quos Pater áddidit Cæléſtis cómites, inſidiántibus Ne ſuccúmberet hóſtibus.

Nam quod corrúerit próditor Angelus, Concéſſis mérito pulſus honóribus, Ardens inuídia péllere nítitur Quos cælo Deus áduocat.


Hunc cuſtos igitur péruigil áduola, Auértens pátria de tibi crédita Tam morbos ánimi, quam requiéſcere Quidquid non ſinit íncolas.

Sanctæ ſit Triádi laus pia iúgiter, Cuius perpétuo númine máchina Triplex hæc régitur, cuius in ómnia Regnat glória ſæcula.


In Laudibus Hymnus.



ORbis pa trá tor óp ti me, Qui quid-



quid eſt, po tén ti a Ma gna cre á ſti,



nec re gis Mi nó re pro ui dén ti a.

Adeſto ſupplicántium Tibi reórum cœtui: Lucíſque ſub crepúſculum Lucem nouam da méntibus.

Tuúſque nobis Angelus Eléctus ad cuſtódiam, Hic adſit, à contágio Vt críminum nos prótegat.

Nobis

N obis Dracónis æmuli Verſútias extérminet, Ne rete fraudulentiæ Incáuta nectat péctora.

M œtum répellat hóſtium Noſtris procul de finibus: Pacem procúret ciuium, Fugétque peſtiléntiam.

D eo Patri ſit glória, Qui quos redémit Filius, Et ſanctus vnxit Spiritus, Per Angelos cuſtódiat.

In feſto ſanctiſſimi Roſarij beatiſſimæ Virginis Mariæ, & per Oct. require ſupra in Purif. eiuſdem p. 210

In feſto omnium Sanctorum ad Veſp. & Matut. Hym.

Eiuſdem toni cū Chriſte Redémptor ómnium, vt ſupra: p. 183.



I E ſu Sal uá tor ſæ cu li,

Redémptis ope ſubueni: Et pia Dei Génitrix Salúte poſce miſeris.

C œtus omnes Angélici, Patriarchárum cúnei, Et Prophetárum mérita Nobis precéntur véniam.

B aptiſta Chriſti præuius, Et Cláuiger æthéreus, Cum cæteris Apóſtolis, Nos ſoluant nexu críminis.

C horus ſacrátus Mártyrum, Confeſſio Sacerdótum, Et Virginális caſtitas Nos à peccátis ábluant.

M onachórum ſuffrágia, Omnéſque Ciues cælici Annuant votis ſúpplicum, Et vitæ poſcant præmium. Laus, honor, virtus glória, &c.

In Laudibus Hymnus. Eiuſdem toni cum ſuperiori.



C Hri-ſte-Re dém-ptor- óm ni um,

Conſérua tuos fámulos, Beátę ſemper Virginis Placátus ſanctis précibus.

B eáta quóque ágmina Cæléſtium ſpirítuum, Prætérita, præſéntia, Futúra mala péllite.

V ates ætérni Iúdicis, Apoſtolíque Dómini, Supplíciter expóſcimus Saluári veſtris précibus.

M ártyres Dei ínclyti, Confeſſoréſque lúcidi, Veſtris oratiónibus Nos ferte in cęléſtibus.

Chori

Chori ſanctárum Vírginum, Monachorúmque ómnium, Simul cum Sanctis ómnibus Conſórtes Chriſti fácite:

Gentem auférte pérfidam Credéntium de finibus, Vt Chriſto láudes débitas perſoluámus alácriter. Laus, honor, &c.

In feſto Præſentationis B. Mariæ Virg. require ſup. in Purificatione eiuſdem.

In feſto S. Catharinæ Virginis & Martyris. ad Veſperas. Hymnus.

Eiuſdem toni cũ Pange lingua, glorióſi præliũ, vt ſupra p. 195.



CAtha rí næ collaudémus, virtútum inſígnia, Cordis ei preſentémus, & oris obſéquia: Vt ab ipſa reportémus, Aequa láudis præmia.

Fulta fide Catharína, iúdicem Maximínum Non ſormídat, lex diuína ſic firmat elóquium: Quod confútat ex doctrína, Errores Gentilium.

Victi Chriſtum confiténtur, relictis erróribus: Iudex iubet, vt creméntur: Nec pilis, aut véſtibus ignis nocet, ſed torréntur, Inúſtis corpóribus. Glória, & honor Deo, &c.

Ad Matutinum Hymnus. Eiuſdem toni cum ſuper.



PAn ge lin gua glo ri ó ſæ,


Vírginis martyrium, Gemmæ iubar pretióſę Deſcendat in médiũ, Vt illúſtret tenebróſę Mentis domicilium.

Blandiméntis Rex mólitur, Vírginem ſedúcere, Nec promíſſis emollitur, Nec terrétur vérbere, Compéditur, cuſtóditur Tetro cláuſa cárcere.

Cláuſæ lumen, ne claudátur, Illúcet porpyrio, Qui reginę ſœderátur, Fidei collégio, Quorum fidem imitátur, Ducenténa cóncio, Glória, & honor Deo, &c.

In

In Laudibus Hymnus. Eiuſdem toni cum ſuperiori.



P Ræ ſens dies ex pen dá tur,


in eius præcónium, Cuius virtus dilatátur in ore laudántium, Si geſtórum teneátur Finis, & initium..

I mminénte paſſióne, Virgo hæc intérſerit ,, Aſſequátur Ieſu bone, Quod à te petierit, Suo quiſquis in agóne Memor mei fúerit.


I n hoc caput amputátur, fluit lac pro ſánguine, Angelórum ſubleuátur Corpus multitúdine, Et Sinai collocátur in ſuprémo cúlmine. G lória, & honor, &c.

HYMNI IN COMMVNI SANCTORVM.


In Communi vnius, vel plurimorum Apóſtolorum & vnius Euangeliſtæ ad Veſp. & Matut. Hymn.



E Xúl tet cæ lum láu di bus, Re ſúl-



tet te r gáu di js: A po ſto ló rum gló-



ri am Sa cra ca nunt ſo lém ni a.

V os ſæcli iuſti iúdices, Et vera mundi lúmina, Votis precámur córdium, Audite preces ſúpplicum.

Qui


Qui cælum verbo cláuditis, Seráſque eius ſóluitis, Nos à peccátis ómnibus Sóluite iuſſu quæſumus.

Quorum præcépto ſúbditur Salus & lánguor ómnium, Sanáte ægros móribus, Nos reddéntes virtútibus.

Vt cum iudex aduénerit Chriſtus in fine ſæculi, Nos ſempitérni gáudij Fáciat eſſe cómpotes.

Deo Patri ſit glória, Eiuſque ſoli Filio, Cum Spiritu paracléto, Et nunc & in perpétuum. Amen.

In Laudibus Hymnus. Eiuſdem toni cum ſuperiori.



AE ter na Chri ſti mú ne ra,

Apoſtolórum glóriam, Láudes feréntes débitas, Lætis cánamus méntibus.

Eccleſiárum Príncipes, Belli triumpháles duces, Cæléſtibus áulæ milites, Et vera mundi lúmina.


Deuóta Sanctórum fides, Inuícta ſpes credéntium, Perfécta Chriſti cháritas, Mundi triúmphat príncipem.

In his Patérna glória, In his volúntas Spiritus, Exúltat in his Fílius, Cælum replétur gáudijs.


Te nunc Redémptor quæſumus, Vt ipſorum conſórtio Iungas precántes ſéruulos, In ſempitérna ſæcula. Amen.

Iſtæ ℣. Te nunc, non dicatur in Feſto, nec in Oct. S. Ioannis Euangeliſtæ, nec in tempore Paſchali.

In Communi vnius Martyris ad Veſp. & Mat. Hymn.



DEus tu ó rum mí li tum Co ró-



na, ſors, & præ mium, Láu des canén tes

Már-




Már ty ris Ab ſól ue ne xu crí mi nis.

Hic nempe mundi gáudia, Et blandiménta nóxia, Cadúca rite dé-
putans Pervénit ad cæléſtia.


Pœnas cucúrrit fórtiter, Et ſúſtulit viriliter Pro te profúndens ſan-
guinem Aetérna dona póſſidet.

Ob hoc precátu ſúpplici Te póſcimus piiſſime, In hoc triúmpho
Mártyris, Dímitte noxam ſéruulis.

Laus & perénnis glória Deo Patri cum Filio, Sancto ſimul Para-
cléto In ſempitérna ſæcula. Amen. In Laudi. us Hymnus.



MArtyr Dei, qui vnicum Patris ſe-



quéndo Fi li um, Victis tri úm phans hó-




ſti bus, Vi ctor fru ens cæ lé ſti bus.

Tui precátus múnere Noſtrum reátum dilue, Arcens mali contá-
gium, Vitę repéllens tædium.

Solúta ſunt iam vincula Tui ſacráti córporis; Nos ſolue vinclis ſę-
culi, Amóre Filij Dei. Deo Patri ſit glória, &c.

In feſto trium Lectionum vnius Martyris.

In Communi plur. Mart. ad Veſp & Matut. Hymnus.



DEus tu ó rum mí li tum Co ró na, ſors,

&




& præ mi um, Lau des ca nen tes Mar



ty ris Ab ſól ue ne xu crí mi nis.

In Comm. plur. Mart. ad Veſp. & Matut. Hymnus.
Eiuſdem toni cum Sacris ſolémnijs. vt ſupp. 204.



SAn cto rum mé ri tis ín cly ta gáu di a, Pangámus ſocij, géſtaque fortia: Nam gliſcit ánimus prómere cántibus Victórum genus óptimum.

Hi ſunt quos rétinens mundus inhórruit: Ipſum nam ſtérili flore per áridum Spreuére pénitus, teque ſecúti ſunt, Rex Chriſte bone cęlitus.

Hi pro te fúrias atque ferócia: Calcárunt hóminum, ſęuáque vérbera: Ceſſit his lácerans fórtiter vngula, Nec carpſit penetrália.

Cęduntur gládijs more bidéntium: Non murmur réſonat, non quærimónia: Sed corde tácito mens bene cónſcia, Conſéruat patiéntiã.

Quæ vox, quę póterit lingua retéxere, Quę tu Martyribus múnera pręparas? Rubri nam flúido ſánguine, láureis: Ditántur bene fúlgidis.

Te ſumma Déitas, vnaque póſcimus, Vt culpas ábluas, nóxia ſúbtrahas, Des pacem fámulis, nos quoque glóriam Per cuncta tibi ſæcula. Amen.

In Laud Hym. Eiuſd. toni cum Deus tuórum mílitũ.

in Communi vnius Martyris. vt ſup. pag. 235.



ÆTér na Chri ſti mú ne ra,

Et Mártyrum victórias, Láudes feréntes débitas, Lętis canámus méntibus.

Terróre victo ſęculi, Pœníſque ſpretis córporis, Mortis ſacrę compéndio, Vitam beátam póſſident.

Tradúntur igni Mártyres, Et beſtiárum déntibus: Armáta ſęuit vngulis: Tortóris inſáni manus.

Nudáta pendent víſcera, Sanguis ſacrátus fúnditur. Sed pérmanent immóbiles: Vitæ perénnis grátia.

Te nunc Redémptor quæſumus, Vt Mártyrum conſórtio: Iungas precántes ſéruulos, In ſempitérna ſæcula. Amen.

In feſto trium Lectionum plurimor. Martyrum. Hym.




SAn cto rum mé ri tis ín cly ta gáu di a



Pan gá mus ſó ci j. gé ſta que fór tia: Nam



gli ſcit á ni mus pró me re cán ti bus Vi ctó-



rum ge nus óp ti mum.

In Communi vnius Confeſſoris ad Veſperas, & Matutinum Hymnus.




ISte Con féſ ſor Dó mi ni ſa crá tus,

Fe-



Fe ſta plebs cu ius cé le brat per orbem:



Hódie læ tus mé ruit ſe cré ta, Scán de re cæli.

Q ui pius, prudens, húmilis, pudícus, Sóbrius, caſtus fuit, & quiétus, Vita dum prę ſens vegeráuit eius Córporis artus.

O b ſacrum cuius méritum frequénter: Membra languéntum modo ſanitáti, Quólibet morbo fúerint grauáta, Reſtituúntur.

V nde nunc noſter chorus in honórem Ipſius hymnum canit hunc libénter; Vt pijs eius précibus iuuémur Omne per ęuum.

S it ſalus illi, decus, atque virtus, Qui ſupra cęli réſidens cacúmen; Tótius mundi máchinam gubérnat, Trinus, & vnus. Amen.

In Laudibus Hymnus.

Eiuſdē toni cū D eus tuórum militū. in cōm. vnius Mar. 235




I E ſu Re démptor óm ni um, Coróna confiténtiū, In hac die cleméntius Noſtris fauéto précibus

T ui ſacri qua nóminis Conféſſor almus cláruit, Cuius celebrat ánnua Deuóta plebs ſolémnia.

Q ui rite mundi gáudia Huius cadúca réſpuens; Cum Angelis cęléſtibus Lętus potítur prę mijs.

H uius benignus ánnue Nobis ſequi veſtígia: Huius precátu ſéruulis Dimítte noxam críminis. Sit Chriſte Rex piíſſime tibi, &c.


In feſtis Simplicibus ad Veſperas, & Matut. Hymni




I Ste Conféſſor Dó mi ni ſa cra tus Fe-


Q 2 ſta






In feſto trium Lectionum vnius Confeſſoris ad Veſp. & Matutinum Hymnus.









Feria quarta quando fit de S. Thoma, aut de alio Sancto Ordinis Confeſſore Hymnus



brius




bri us, caſtus fu it, & qui étus, Vita dum



præſens vegetáuit eius Córporis ar tus,&c.

In Communi vnius Virginis,& Martyris ad Veſp. & Matutinum Hymnus.

Eiuſdem toni cum I ſ. te Conféſſor. vt ſupra in Comm. vnius Confeſſoris. p. 238.



V Ir gi nis Pro les, opiféxque matris, Virgo, quem geſſit, peperítque virgo, Vírginis feſtum cánimus trophęum : Accipe votum.

Hęc tua virgo dúplici beáta Sorte, dum géſſit frágilem domáre Córporis ſexum, dómuit cruéntum Córpore ſæclum.


Vnde nec mortem, nec amica mortis Sæua pœnárum génera pauéſcens, Sánguine fuſo méruit ſacráta Scándere cælum.

Huius obténtu, Deus alme, noſtris Parce iam culpis vítia remíttens Quo tibi puri r ſonémus almum Péctoris hymnum.

Glória Patri, genitæque Proli, Et tibi compar vtriúſque ſemper Spiritus alme, Deus vnus omni Témpore ſęcli. Amen.

In Laudibus Hymnus.

Eiuſdem toni cum Deus tuórum mílitum. in Com. vnius Mart. p.235.



I E ſu co ró na vír ginum, Quem mater illa concipit, Quę ſola virgo párturit, Hæc vota clemens áccipe.


Qui paſcis inter lília, Septus choréis virginum, Sponſas decórans glória, Sponſíſque reddens præmia.

Quocúmque pergis, virgines Sequúntur, atque láudibus Poſt te canéntes cúrſitant, Hymnóſque dulces pérſonant.

Te deprecámur lárgius, Noſtris adáuge ſénſibus, Neſcire prorſus ómnia Corruptiónis vulnera. Sit Chriſte Rex piiſſime, &c.


In feſto Simplici vnius Virginis & Martyris. Hymnus.

Eiuſdem toni cum Nocte ſurgéntes; vt ſupra in Dominica j. poſt Oct. Epiphaniæ. pag. 187.



VIr gi nis Pro les, opiféxque matris, Virgo quem geſſit, peperitque virgo, Vírginis feſtum cánimus trophęum: Accipe votum. &c.


In feſto vnius Virg. & Mart. trium Lectionum Hym.




VIr gi nis Pro les, o pi féxque ma-



tris, Vir go quem geſ ſit, pe pe rít que




vir go, Vír gi nis fe ſtum cá ni mus tro-



phæ um: Ac ci pe vo tum. &c.

In


In feſto vnius Virg. tantum ad Veſp. & Matut. Hymn.




V Irgi nis Pro les , o pi féx que ma-



tris , Vir go quem geſſit , pe pe rít que vir-




go , Vírgi nis fe ſtum cá ni mus Be á-



tæ : Ac ci pe vo tum. H uius obténtu, vt ſup.

In feſto vnius neç Virginis , nec Martyris, vel vnius Martyris tantum ad Veſp. & Matut. Hymn.


Eiuſd. toni cũ Iſte Cõféſſor. vt ſup. p. 238.



H V ius ob tén tu Deus al me noſtris Parce iam culpis vítia remittens : Quo tibi puri reſonémus almum Pectoris hymnum, Glória Patri genitęque, &c.

In Laudibus Hymnus .

Eiuſdem toni cũ Deus tuórũ mílitum in Comm. vnius Mart. 235.



P I a Ma ter, & hú mi lis Natú-

Naturę memor frágilis, In huius vitę flúctibus, Nos rege tuis précibus,

Te deprecámur lárgius, Noſtris adáuge ſénſibus, Neſcire prorſus ómnia: Corruptionis vulnera. Sit Chriſte Rex piíſsime, &c.

In Feſto Toto duplici, & Duplici ad Primam. Hym.


Eiuſd. toni cum Deus tuórũ mílitum, vt ſupra. pag. 235.



IAm lu cis or to sí de re Deum precémur ſúpplices: Vt in diúrnis áctibus Nos ſeruet à nocéntibus.


In feſto Simplici ad Primam. Hymnus.

Eiuſdem toni cum Martyr Dei qui vnicũ. in Com. vnius Martyris. pag. 235.




IAm lucis or to ſy de re Deum precémur ſúpplices: vt in diúrnis áctibus Nos ſeruet à nocéntibus.


Infra Octauas ad Primam Hymnus.



IAm lu cis or to ſy de re Deum pre-



cémur ſúp plices: vt, in di úr nis ácti bus



nos ſer uet a no cén ti bus.

In



Hymnus ſiue Canticum SS. Ambroſij, & Auguſtini, in varijs occaſionibus proceſſionaliter cantari ſolitus, vt in electione Magiſtri Ordinis, & in victoria contra inimicos fidei, & ſimilibus.




po te ſtá tes. T i bi Ché ru bim & Sé ra-
phim: inceſ ſa bi li vo ce pro clá mant. S an-
ctus, S an ctus, S an ctus: Dó mi nus
De us ſá ba oth. P le ni ſunt cæ li &
ter ra: ma ie ſtá tis gló ri æ tu æ.
T e glo ri ó ſus A po ſto ló rum cho rus.
T e Pro phe tá rum lau dá bi lis nú me rus,



Te Már ty rum can di dá tus láu dat e-
xér ci tus. Te per or bem ter rá rum, ſan-
cta con fi té tur Ec clé ſi a, Pa trem
immén ſæ ma ie ſtá tis. Venc rán dum tu um
ve rum, & v ni cum Fí li um, San ctum
quo que Pa ra clé tum Spí ri tum. Tu
Rex gló ri æ Chriſte. Tu Pa tris ſem-

pi-


pi tér nus es Fí li us. Tu ad li be rán-
dum ſuſcep tú rus hó mi nem non horru í-
ſti Vír gi nis v te rum. Tu de uícto mor-
tis á cu le o: a pe ru íſti cre dén ti bus
regna cæ ló rum. Tu ad déxteram De i
ſe des: in gló ri a Patris. Iu dex cré-
de ris eſ ſe ven tú rus. Te ergo quæſu-
mus


mus, tu is fámu lis ſúb ue ni : quos pre ti ó-
ſo ſán gui ne re de mí ſti . Aetér na
fac cum Sanctis tu is : in gló ri a nu-
ne rá ri . Saluum fac pó pu lum tu um
Dómi ne : & bé ne dic hæ re di tá ti
tu æ . Et re ge e os : & ex tól le
il los vſque in æ tér num . Per ſín gu los
dies


di es , be ne dí ci mus te . E t laudámus
nomen tu um in ſæ cu lum , & in ſæ-
cu lum ſæ cu li . D i gná re Dómine di e
i ſto : ſi ne pec cá to nos cu ſto dí re .
M i ſe ré re no ſtri Dó mi ne : mi ſe ré re
noſtri. F iat mi ſe ri cór di a tu a Dó mi ne ſu-
per nos : quemádmodum ſpe rá ui mus in
te.




LITANIAE SANCTORVM

Cantari ſolitæ in Proceſſionibus extraordinarijs.



nitas



ni tas vnus Deus, mi ſe ré re no bis.




Sancta Ma rí a o ra pro no bis.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis. Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis. Sancte Michaël, ora pro nobis. Sancte Gábriel, ora pro nobis. Sancte Ráphael, ora pro nobis.



Omnes ſancti Angeli, & Archánge li,



oráte pro no bis.


Omnes ſancti beatórum ſpírituũ órdines, oráte.
Sancte Ioánnes Baptíſta, ora pro nobis.
Sancte Ioſeph. ora.
Omnes ſancti Patriárchę & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Iacóbe, ora.
Sancte Ioánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sãcte Bartholomæe ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.

San-

Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Dionyſi cum Sociis tuis, orate.
Sancte Maurítij cum Socijs tuis, orate.
Sancte Ianuárj cum Socijs tuis, orate.
Sancti Fabiáne & Sebaſtiáne, orate.
Sancti Coſma & Damiáne, orate.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylueſter, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Antoníne, ora.
Sancte Pater Domínice, ora pro nobis.
Sancte Pater Domínice, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Hyacínthe, ora.
Sancte Raymúnde, ora.
Sancte Ludouíce, ora.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Confeſſóres, orate.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.

Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Margaríta, ora.
Sancta Vrſula cum ſodálibus tuis, oráte.

Sancta Catharína, ora.
Sancta Agnes, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti, oráte.



Pro pí tius eſto, parce nobis Dómine.

Propítius eſto, parce nobis Dómine.
A damnatióne perpétua, líbera nos Dómine.
A ſubitánea, & improuíſa morte, libera.
Ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, libera nos Dómine.
Ab infeſtatiónibus dæmonum, libera.
Ab omni immundítia mentis, & córporis, libera.
Ab ira, & ódio & omni mala voluntáte, libera.
Ab immúndis cogitatiónibus, libera.
A cæcitáte cordis, libera.
A fúlgure, & tempeſtáte, libera.
A peſte, fame, & bello, libera.
Ab omni malo, libera.
Per myſtérium ſanctæ incarnatiónis tuæ, libera.
Per Paſſiónem & Crucem tuam, libera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, libera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, libera.
Per grátiam Spíritus ſancti paracléti, libera.
In die iudícij, libera.

Pecca-



pec ca tó res, te rogámus áu di nos.

Peccatóres, te rogámus áudi nos.

Vt pacem nobis dones, te rog.

Vt miſericórdia, & píetas tua nos cuſtódiat, te rog.

Vt Eccléſiam tuam régere & conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt domnum Apoſtolicum, & omnes gradus Eccléſiæ, in ſancta religióne conſeruáre dignéris, te rog.

Vt Epíſcopos, & Prælátos noſtros, & cunctas congregatiónes ſibi commíſſas, in tuo ſancto ſeruítio conſeruáre dignéris. te rog.

Vt Régibus, & Princípibus noſtris pacem, & veram concórdiam, atque victóriam donáre dignéris. te rogámus áudi nos.

Vt cunctum pópulum Chriſtiánum pretióſo ſánguine tuo redémptum conſeruáre dignéris. te rog.

Vt ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas. te rog.

Vt ánimas noſtras, & paréntum noſtrórum ab ætérna damnatióne erípias. te rog.

Vt fructus terræ dare & conſeruáre dignéris. te rog.

Vt óculos miſericórdiæ tuæ ſuper nos redúcere dignéris. te rog.

Vt obſéquium ſeruitútis noſtræ rationábile fácias. te rogámus áudi nos.

Vt mentes noſtras ad cæléſtia deſidéria érigas. te te rogámus áudi nos.

V t miſérias paúperum, & captiuórum intuéri, & releuáre dignéris, te rog.

V t loca noſtra & omnes habitántes in eis viſitare & conſolári digneris, te rog.


V t ciuitatem iſtam, & omnem populum eius protégere & conſeruáre digneris, te rog.

V t omnes fideles nauigantes & itinerantes ad portum ſalutis perdúcere dignéris, te rog.


V t regularibus diſciplínis nos inſtrúcere digneris, te rogamus áudi nos.

V t omnibus fidelibus defunctis requiem æternam dones, te rog.


V t nos exaudire digneris, te rog.




Fili Dei, te rogámus au di nos.



Agnus De i, qui tollis peccáta mundi,



parce nobis Dómine. Agnus De i, qui



tollis peccáta mundi, exáu di nos Dómine.



Finitis Litanijs dicatur Kyrie eleiſon,&c. Pater noſter. Et ille qui indutus eſt cappa ſerica ſubiungat ℣. ſequentem, vel alios Verſus, & poſtea orationem de B. Virgine, vel de alio ſancto correſpondentem ad propoſitum proceſſionis.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. & ſine Dóminus vobiſcum. præmiſſo Oremus. dicat Orationē.

CONcede nos fámulos tuos, quæſumus Dómine, Deus, pérpetua mentis & córporis ſálute gaudére, & glórioſa beátæ Maríæ ſemper Vírginis intercceſſione, à præſénti liberári triſtítia, & æterna pérfrui lætítia. Per Chriſtum Dn̄m noſtrum. ℟. Amen.

Finita hac Oratione abſque Per Chriſtum Dn̄m noſubiungat immediatè ſequentem Orationem.

PArce Domine, parce pópulo tuo, vt dignis flagellatiónibus caſtigátus, in tua miſeratióne reſpíret. Et poſtea ſubiungit orationem ad propoſitum proceſſionis correſpondentem, eam terminando. Per Chriſtum Dominum, &c. ℟. Amen.

Et ea dicta, ad ſacriſtiam cum miniſtris reuertatur.

Si fuerit tribulatio Eccleſiæ, dicatur. Oratio.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dómine, preces placátus admítte, vt deſtrúctis aduerſitátibus, & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſéruiat libertáte. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si proceſſio fiat pro pace, dicatur hæc Oratio.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília, & iuſta ſunt ópera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem: vt corda noſtra mādátis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectióne tranquílla. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si Proceſſio fiat pro petenda pluuia, dicatur. Oratio.

DEus, in quo víuimus, mouémur, & ſumus, plúuiam nobis tríbue congruéntem, vt præſéntibus ſubsídijs ſufficientér adjúti, ſempitérna fiduciálius appetámus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Si fuerit Proceſſio, pro ſerenitate, dicatur Oratio.

AD te nos Dómine clamántes exâudi, & aëris ſerenitátem nobis tríbue ſupplicántibus: vt qui iuſtè pro peccátis noſtris affligimur, misericórdia tua præueniénte, tuam cleméntiam ſentiámus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si fuerit Proceſſio tempore peſtilentiæ. dicatur Oratio.

DEus, qui non mortem, ſed pœniténtiam desíderas peccatórum: pópulum tuum, quæſumus, ad te conuérte propítius, vt dum tibi deuótus exíſtit, iracúndiæ tuæ ab eo flagélla amóueas. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si proceſſio fuerit contra Paganos, dicatur Oratio.

OMnípotens ſempíterne Deus, in cuius manu ſunt ómnium poteſtátes, & ómnium iura regnórum: reſpice in auxílium Chriſtianórum, vt gentes Paganórum, quæ in ſua feritáte confidunt, dexteræ tuæ potentia conterántur. Per Chriſtum, &c.

Si proceſſio fuerit pro Rege, Duce, vel Principe, dicatur ſequens Oratio.

QVæſumus omnípotens Deus, vt fámulus tuus N. Rex, (vel Dux, vel Princeps noſter), qui tua miſerátione ſuſcepit Regni, vel Ducatus, vel Principátus gubernácula, virtútum etiam ómnium percipiat incrementa, quibus decenter ornátus, & vitiórum monſtra deuitáre, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratióſus valeat peruenire. Per Chriſtum.

IN FESTIS SANCTORVM noſtri Ordinis ad proceſſionem.

ORATIONES.

Orationem B Dominici P.N.S. Petri martyris, S. Antonini, S. Thomæ, S. Vincentij, S. Hyacinthi, S. Raymundi, & S. Catharinæ require ſupra in Cœna Domini ad ablutionem Altarium

De B. Agnete de Monte Politiano. Oratio.

DEus, qui beátam Agnetem vírginem tuam cœleſti rore ſæpe perfúndere, & oratiónis eius loca diuerſis enátis flóribus decoráre dignátus es: concede propítius, vt eius precibus, perpetuo tuæ benedictiónis rore conſperſi, æternitátis fructus percípere mereámur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum: Amen.

De B. Ludouico Bertrando. Oratio.

ADeſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti Ludouici confeſſóris tui ſolemnitáte deférimus, vt qui noſtræ iuſtítiæ fidúciam non habémus, eius qui tibi placuit précibus adiuuémur. Per Chriſtum, &c.

De B. Ambroſio Sanſedonio. Oratio.

ECcleſiam tuam Deus beáti Ambróſij confeſſóris tui ſolémnitas votíua lætíficet: vt ſpírituálibus ſemper muniátur auxílijs, & gaudijs perfrui mereátur ætérnis. Per Chriſtum, &c.

De B. Iacobo Salomonio. Oratio.

DEus qui nos beáti Iacóbi confeſſóris tui annuæ ſolemnitáte lætíficas, concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus etiam actiónes imitémur. Per Chriſtum, &c.

DE OFFICIO FACIENDO

In electione Magiſtri Ordinis.

COmpleta Miſſa in conuentu vbi fit electio, & incluſis Electoribus antequam procedant ad electionem, dicant flexis genibus, & ſine cantu Hym. Veni creátor. p.202. cum Kyrie eleiſon. & Pater noſter. ℣. Emitte ſpíritum tuũ,& creábuntur. Dóminus vobíſcum. Oratio.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritus illuſtratione docuíſti, da nobis in eodem ſpíritu recta ſápere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Priore Prouinciale, qui primum locum tenuerit dicente vnum ℣. Hym. & alijs reſpondentibus alium.

Facta

Facta electione conuocato capitulo, & proceſſu electionis recitato, Cantor incipiat. Te Deum &c. quòd fratres deuotè proſequentes vadant ad Chorum. Finito Te Deum. Prior Prouincialis antiquior dicat Verſum. Saluum fac. Dominus vobíſcum.

Oremus. Oratio.

Concéde quæſumus omnípotens Deus, vt fámulum tuum, quem ad regimen animárum elígimus, dono tuæ gratiæ proſequáris, vt te largiente cum ipſa, tibi noſtra electione placeámus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

OFFICIVM IN ELECTIONE Prouincialis.

Completa Miſſa de Spiritu ſancto, factaque inuocatione Spiritus ſancti, ſicut in electione Magiſtri dictum eſt, Electores eligāt Prouincialem. Factaque electione, conuocatiſque fratribus ad capitulum, & recitato proceſſu electionis, incipiat Cantor Pſal. Láudate Dominum omnes gentes. in ea voce, qua dici ſolet ad Pretioſa, & Conuentus proſequatur Pſalmum cū Gloria Patri. dextro choro dicente primum Verſum. Quo finito, ſine Kyrie eleiſon, & ſine Pater noſter. Vicarius Prioris Prouincialis ſi non eſt electus, alias Prior conuentualis, vel qui primum locum tenet, dicat legendo Verſum. Confirma hoc Deus. Dominus vobíſcum. Et orationem prædictam, ſcilicet, Concede quæſumus, &c. Deinde dicat. Adiutoriū noſtrum. Et ſi conſuetum fuerit ad Chorum vadant cantantes Te Deum.

DE

De B. Ludouico Bertrando. Oratio.

ADeſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti Ludouici confeſſóris tui ſolemnitáte deférimus, vt qui noſtræ iuſtítiæ fidúciam non habémus, eius qui tibi placuit précibus adiuuémur. Per Chriſtum, &c.

De B. Ambroſio Sanſedonio. Oratio.

ECcleſiam tuam Deus beáti Ambróſij confeſſóris tui ſolémnitas votíua lætíficet: vt ſpírituálibus ſemper muniátur auxílijs, & gaudijs perfrui mereátur ætérnis. Per Chriſtum, &c.

De B. Iacobo Salomonio. Oratio.

DEus qui nos beáti Iacóbi confeſſóris tui annua ſolemnitáte lætíficas, concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus etiam actiónes imitémur. Per Chriſtum, &c.

DE OFFICIO FACIENDO

In electione Magiſtri Ordinis.

COmpleta Miſſa in conuentu vbi fit electio, & incluſis Electoribus antequam procedant ad electionem, dicant flexis genibus, & ſine cantu Hym. V eni creátor. p.202. cum K yrie eleiſon. & P ater noſter. ℣. Emitte ſpíritum tuũ, & creábuntur. D óminus vobíſcum. Oratio.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritus illuſtratione docuíſti, da nobis in eodem ſpíritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Priore Prouinciale, qui primum locum tenuerit dicente vnum ℣. Hym. & alijs reſpondentibus alium.

Facta

Facta electione conuocato capitulo, & proceſſu electionis recitato, Cantor incipiat. Te Deum &c. quòd fratres deuotè proſequentes vadant ad Chorum. Finito Te Deum. Prior Prouincialis antiquior dicat Verſum. Saluum fac. Dominus vobíſcum.

Oremus. Oratio.

CONcéde quæſumus omnípotens Deus, vt fámulum tuum, quem ad regimen animárum elígimus, dono tuæ gratiæ proſequáris, vt te largiente cum ipſa, tibi noſtra electione placeámus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

OFFICIVM IN ELECTIONE Prouincialis.

COmpleta Miſſa de Spiritu ſancto, factaque inuocatione Spiritus ſancti, ſicut in electione Magiſtri dictum eſt, Electores eligãt Prouincialem. Factaque electione, conuocatiſque fratribus ad capitulum, & recitato proceſſu electionis, incipiat Cantor Pſal. Láudate Dominum omnes gentes. in ea voce, qua dici ſolet ad Pretioſa, & Conuentus proſequatur Pſalmum cũ Gloria Patri. dextro choro dicente primum Verſum. Quo finito, ſine Kyrie eleiſon, & ſine Pater noſter. Vicarius Prioris Prouincialis, ſi non eſt electus, illas Prior conuentualis, vel qui primum locum tenet, dicat legendo Verſum. Confirma hoc Deus. Dominus vobíſcum. Et orationem prædictam, ſcilicet, Concede quæſumus, &c. Deinde dicat. Adiutoriũ noſtrum. Et, ſi conſuetum fuerit, ad Chorum vadant cantantes Te Deum.

DE

DE ELECTIONE PRIORIS Conuentualis.

IN electione Prioris conuentualis fiat inuocatio Spiritus ſancti, ſicut ſupra: & facta electione dicatur Pſal. Laudate Dóminum omnes gentes. Dextro choro dicente primum verſum: deinde Glória Patri. Poſtea qui tenet capitulum, dicat. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini. Verſum & Orationem ſicut in electione Magiſtri Ordinis.

DE OFFICIO FACIENDO In receptione Nouitiorum ad habitum.

CVm Nouitius incipit indui in capitulo, Cantor incipiat Hymn. Veni creátor. 202. & cum indutus fuerit, egrediatur conuentus proceſſionaliter ad eccleſiam, iunioribus præcedentibus, Magiſtro Nouitiorum vltimo ducente Nouitium vſque ad gradum altaris, ibique faciat eum proſternere.

Finito Hymno, & dicto Kyrie éleiſon, & Pater noſter. dicat qui recipit Nouitium, ℣. Et ne nos, &c. ℣. Emítte ſpíritum tuum & creabúntur. ℣. Saluum fac. Dóminus vobíſcum. Oratio, Deus, qui corda fidelium. Oratio. Prætende. Eo modo quo dicitur ad horas diei, & terminetur ſub vno. Per.

De ſancto Spiritu. Oratio.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spirítus illuſtratióne docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatióne gaudere.

Ora-

Oratio

PRætende Dómine fámulo tuo (*vel* fámulis tuis) dexteram cæleſtis auxílij: vt te toto corde perquírat, & quæ digne póſtulat aſſequátur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Finitis orationibus eleuetur Nouitius à Magiſtro eorum, qui interim ſtet prope eum, & ductus ad receptionem, amoto caputio de capite Nouitij aliquantúlum, aſpergat eum aqua benedicta cum aſperſorio ſibi à Sacriſta delato, & poſtea recipiat ad oſculum pacis. Et ſimiliter faciant omnes fratres ſequentes in choro ſuo: poſtea alij de alio choro eodem ordine. Et ſi plures fuerint Nouitij, vadat vnus poſt alium dando pacem: poſtmodum ducatur ad radendum.

Si vero recipiendus ſit laicus, poterunt omnia ſupradicta in capitulo compleri ſine cantu, dimiſſa proceſſione, niſi fortè propter excellentiam recipiendi Prælato aliquando aliud videatur.

MODVS FACIENDI PROFESSIONEM.

EGo frater N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & beátæ Mariæ, & B. Domínico, & tibi Patri Fratri N Priori, vel Suppriori huius conuentus (N talis loci) vice Reuerendíſſimi patris fratris N. Magiſtri Ordinis Prædicatorum, & ſucceſſorum eius, ſecúndum regulam beáti Auguſtíni, & inſtitutiones fratrum Prædicatorum, quod ero obediens tibi, tuiſque ſucceſſoribus vſque ad mortem.

Qui facit profeſſionem debet ſtare flexis genibus co-

coram Prælato, iunctis manibus, & alta voce proferre verba. Poſtea ſurgat Prælatus, & benedicat ſcapulare nouum, quod ſuper caput ipſius profitentis debet eſſe poſitũ dicẽdo. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. ℟. Dominus vobiſcum.

Oremus. Oratio.


DOmine Ieſu Chriſte, qui tegimen noſtræ mortalitátis induere dignátus es: obſecrámus immenſæ lagitátis tuæ abundántiam, vt hoc genus veſtimentorum, quod ſancti Patres ad innocentiæ, & humilitátis indicium ferre ſanxerunt, ita bene ✝ dicere digneris, vt qui hoc vſus fuerit, te induere mereátur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſtmodum aſpergatur aqua benedicta. Simili modo profitentur Moniales noſtri Ordinis, in lingua tamen vulgari.

DE OFFICIO AD PONENDVM VELVM Monialibus

FInita Miſſa (quæ de Spiritu ſancto cantari debet cum oratione ſecunda. Quæſumus Domine. in fine officij poſita. pag. 274. Cantoriſſa dicat ſemel incipiendo Antiphonam, Veni ſponſa Chriſti. & Sacerdos ſuper gradus presbyterij verſo vultu ad Conuentum ſimiliter incipiat eandem Antiphonam, & deinde vadat in medio eccleſiæ, & repetat iterum, Veni ſponſa Chriſti. Si vero crates ſtent prope altare, repetat ſuper gradus pariter presbyterii eandem Antiphonã. Deinde accedat ad cratem, & ſimiliter tertiò dicat: Veni ſponſa Chiſti. ſicut prius.

Antiphona.



Et conuentus proſequatur. Dum cantatur Antiphona, exeat conuentus proceſſionaliter, præcedentibus ceroferarijs, & Soror, cui debet imponi velum, cum duabus Sororibus prædictis immediate poſt Acolytas, quæ deferentes cereos accenſos, veniant ad altare. Et conuentus ſtet proceſſionaliter in eccleſia interiori, & ipſa flectat genua coram altari ſuper aliquo puluinari à Sacriſta præparato: quibus genibus flexis, dicat chorus ſuper ipſam Pſalmum. 44. Eructáuit cor meum. ſi fuerit virgo, ſi non fuerit virgo dicatur, Pſalmus 84. Benedixíſti Domine terram. Finito Pſal. cum Gloria Patri, reincipiat Sacerdos Antiphonam. Veni ſponſa Chriſti. Cantoriſſa ei deferente, & chorus proſequatur. Finita Antiphona. Veni ſponſa Chriſti. Sacerdos dicat hos Verſiculos. ℣. Audi filia, & vide, & inclína áurem tuam. ℟. Et obliuiſcere populum tuum, & domo patris tui. ℣ Et concupiſcet rex decorem tuum. ℟. Quoniam ipſa eſt Dñs Deus tuus. ℣ Ipſe illúminet óculos tuos, ne vnquam obdormias in morte. ℟. Ne quando dicat

ini-

inimícus meus, præuálui aduérſus eam. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniet. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. Oratio.

DOminus Ieſus Chriſtus ſit tibi adjútor & protéctor, atque omnium factorum tuórum adjútor. ℟. Amen. Et Deus pietátis, ac miſericórdiæ det tibi correctionem peccáminum, & concédat locum pœniténtiæ: tríbuat tibi dignè acta mala deflére, gáudiáque vitæ perénnis affluénter obtinére. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oratio.

DOminus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat. ℟. Amen. Poſt te ſit, vt te cuſtodiat. ℟. Amen. Intra te ſit, vt te dedúcat. ℟. Amen. Super te ſit, vt te benedícat. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto, viuit & regnat. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Alia Oratio.

BEnedícat te Deus cæli. ℟. Amen. Adjuuet te Chriſtus Fílius Dei. ℟. Amen. Corpus tuum in ſeruítio ſuo cuſtodíri & conſeruári fáciat. ℟. Amē. Senſum tuum cuſtodiat. ℟. Amen. Grátiam ſuam ad profectum ánimæ tuæ iuſtè áugeat. ℟. Amen. Ab omni malo te líberet. ℟. Amen. Dextera ſua te defendat. ℟. Amen. Qui ſanctos ſuos ſemper adjuuat, ipſe te adjuuáre & conuocáre dignetur. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuit, & regnat. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Oratio.

BEnedícat te Deus Pater. ℟. Amen. Sanet te Fílius Dei. ℟. Amen. Illúminet te Spíritus ſanctus. ℟. Amen. Corpus tuum cuſtodiat. ℟. Amen.

Ani-

Animam tuam ſaluet. ℟. Amen. Cor tuum irrádiet ℟. Amen. Senſum tuum dirigat, & ad ſupérnam veritátem perdúcat. Qui in Trinitáte perfecta viuit, & regnat. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

BENEDICTIO VELI.

℣. Adiutórium noſtrum &c. ℟. Qui fecit cælum &c. Dominus vobíſcum. Et cum ſpíritu tuo. Orémus.

CApuc ómnium fidélium Deus, & totíus córporis Saluátor hoc operiméntum veláminis, quòd fámula tua propter tuum tuæque beatíſſimæ Genitrícis ſemper Vírginis Maríæ amórem, ſuo cápiti impoſitúra eſt; tua déxtera béne ✝ dic, & hoc, quod per illud myſticè datur intélligi, tua ſemper cuſtodia corpore & ánimo incontamináto cuſtodiat, vt quando ad perpétuam Sanctorum remunerationem venerit, cum prudentibus, & ipſa Virgínibus præparáta, (te perducente) ad perpetuæ felicitátis núptias intráre mereatur. Per Chriſtum &c.


Hic veletur Soror dicendo hanc Orationem.

Oratio.

ACcipe velamen puella, quod perferas ſine mácula ante tríbunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui flectitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Dum velatur Soror, à choro cantetur ſequens.

Antiphona.



POſuit ſignum in fá ci em meam,

vt



vt nullum præter e um ama tó rem admíttam.


Deinde Sacerdos dicat Orationem.

BEnedícat te Deus Pater, ✠ qui in princípio cuncta creáuit. ℟ Amen. Benedícat te Deus Filius, ✠ qui de ſupernis ſedibus nobis Saluátor deſcendit: & Crucem ſubíre non recuſáuit. ℟ Amen. Benedícat te Spíritus ſanctus, ✠ qui in ſimilitúdinem colúmbæ requieuit in Chriſto. ℟ Amen. Ipſe te in Trinitáte ſanctíficet, & cuſtodiat omnibus diebus vitæ tuę, quem ventúrum expectámus ad iudícium. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟ Amen.


Oremus. Oratio.

PRopitietur Dominus cunctis infirmitátibus tuis, & ſanet omnes languores tuos: redimat de interitu vitam tuam, & corroboret, ac ſanet in bonis deſiderium tuum. Qui in Trinitáte perfecta viuit, &c.

His terminatis, Cantoriſſæ incipiant Reſponſorium.




AMo Chri ſtum in cu ius thá-




la mum intro í ui, cu ius ma-

ter


ter. Vir go eſt, cu ius pa ter fé-
minam neſcit, cu ius mi hi ór-
ga na modu lá tis vó ci bus can-
tant. Quem cum a ma ue ro, ca ſta
ſum, cum te tí ge ro, munda ſum, cum
accé pe ro vir go
ſum: ℣. A nu lo ſu o ſub arrhàuit
S me,



me, & im mén ſis mo ni li bus or ná-




uit me. Quem.

Et conuentus ipſum proſequatur ex integro cum Verſu, & reſumptione. Dum cantatur, ipſa iacebit proſtrata coram altari ſuper puluinar, & Sorores, quę cum ea venerunt, ex vtraque parte prope eam, & eleuantes eam flectant genua ſicut prius: tunc Sacerdos dicat. ℣. Saluam fac ancíllam tuam. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxílium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Dñe exáudi &c.

Oremus. Oratio.

ADeſto Domine ſupplicátionibus noſtris, & hanc fámulam tuam benedícere digneris: cui in ſancto nomine velámen ſanctæ religionis imponimus: vt te largiénte illud in die iudícij ante tribunal tuum ſine macula perferat, deſque ei pacem & tranquillitatem in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Orat.

BEnedictio Dei Patris omnipotentis, ✝ & Filij, ✝ & Spíritus ſancti, ✝ deſcendat & maneat ſuper hanc famulam Dei. ℟. Amen. Dicta benedictione, Cantoriſſa incipiat ſi fuerit virgo, Antiphonam.



IS ta eſt virgo ſa pi ens, quam Do-

minus



Dum cantatur Antiphona, Sacerdos cum miniſtris reuertatur ad altare, & nouiter velata cum ſororibus prædictis præcedentibus ceroferarijs, reuertantur ad chorum. Finita Antiphona, & dicto.

℣ Ab occultis meis munda me Domine. ℟ Et ab alienis parce ancillæ tuæ. Vel ℣ Offerentur regi vírginis poſt eam. ℟ Proximæ eius offerentur tibi in lætítia, & exultátione. Ab ipſis ceroferariis, vel ab aliis, quibus cantorilla iniunxerit, coram altare beatæ Virginis ſtantibus, Sacerdos verſus ad chorum, di-


dicat Orationem. Fámulam tuam. vt infra pag. 273. præmiſſo Oremus, ſine Dominus vobíſcum. Et ſic finitur officium veli.

Si autem non fuerit virgo; loco Antiphonæ. Iſta eſt virgo. dicantur Antiphonæ ſequentes, cum ℣. Diffúſa eſt. & oratione. Fámulam &c.


Antiphona.



Antiphona.



ſam



Et ſi neceſſe fuerit, repetantur quouſque Sorores collocentur in locis ſuis. ℣. Diffúſa eſt grátia in labijs tuis. ℞. Propterea benedixit, &c. Acolythæ ſtabunt ante altare vſque ad finem Miſſæ. Tunc Sacerdos conuerſus ad chorum dicat. ℣. Dóminus vobíſcum. ℞. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. Oratio

FAmulam tuam Dómine cuſtódia tuæ muniat pietátis: & continéntiæ ſanctæ propóſitum, quod te inſpiránte ſuſcépit, te protégente illæſam cuſtódiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Ad Miſſam, quando velatur Soror, ſecunda oratio erit iſta quæ ſequitur. Oratio.

QVæſumus Dómine, fámulam tuam placábili pietáte réſpice, & cor eius tui amóris igne ſuccénde: vt tibi toto corde deuóta, à præſentibus liberétur aduerſitátibus, & optátis gáudeat proſperitátibus. Per Chriſtum Dóminum.

Oratio ſecreta.

CAeleſtem medicínam, quæſumus Domine, præbeant fámulæ tuæ hæc myſtéria, & vitia cordis eius expúrgent. Per Dominum noſtrum.

Poſtcommunio.

AVxiliáre Domine fámulæ tuæ, vt corpore, & ánimo, & pijs actionibus inténta, dona tuæ gratiæ conſequátur. Per Dominum noſtrum.

ORATIONES FACIENDAE

In viſitatione infirmorum.

CVm fratres aliquam perſonam infirmam decumbentem viſitauerint, & aliquam orationem ſuper eam facere voluerint: poterunt vti forma infraſcripta, videlicet. Primo intrantes domum, vel cameram infirmi, dicant: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedentes ad lectulum infirmi, eum dulciter ſalutent, ad patientiam adhortantes, & aliqua verba ſpiritualia pro eius exhortatione, & conſolatione, proferentes. Et quia infirmitas corporalis frequentius euenit propter infirmitatem ſpiritualem ideo hortentur eum, vt ſi citò velit ſanari ab infirmitate, etiam ſi infirmitas non ſit valde grauis, integrã, & veram confeſſionem faciat de omnibus peccatis ſuis. Poſtmodum alter ex fratribus, qui maior fuerit, & Sacerdos dicat: Charíſſime, ſi Dominus tibi præſtáre dignabitur ſanitátẽ nonne proponis de cetero pro viribus, à peccatis cauére, & eius mandata pro poſſe ſeruàre? Quo promittente, dicat Sacerdos. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fe-

fecit cælum, & terram. ℣. Dominus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. Oratio

INtróeat, quæſumus Dómine Ieſu Chriſte, domum hanc, ſub noſtræ humilitátis ingreſſu, ætérna felícitas, diuína proſpéritas, ſeréna lætítia, charitas fructuóſa, ſánitas ſempitérna. Effúgiat ex hoc loco accéſſus dæmonum, adſint Angeli pacis, dómumque hanc deſerat effúgata diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos nomen ſanctum tuum: bene✠dic conuerſationi noſtræ: ſanctífica noſtræ humilitátis ingréſſum, qui ſanctus, & pius es, & permánes cum Patre, & Spíritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen. Pſal. 6. Domine ne in furore.

Quo dicto dicat Dominus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum. ℟. Gloria tibi Domine. Dum Sacerdos dicit Sequentia ſancti, ſignum crucis faciat ſuper ſe in fronte, ſuper os, & ſuper pectus: & ſimiliter ſuper infirmum, maximè ſi fuerit maſculus: ſi verò fœmina fuerit, (dum Sacerdos ſe ſignat,) per ſemetipſam in locis prædictis ſe ſignet: hoc idem in ſequentibus Euangelijs obſeruetur.

IN illo témpore: Cum introíſſet Ieſus Capharnaum, accéſſit ad eum Centúrio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centúrio, ait: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanábitur puer meus. Nam

& ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus mirátus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente,& Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Deinde dicat, Oremus.

Oratio.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis, ad inuocationem nominis tui benîgnus aſſiſte, vt famulum tuum ab ægritudine liberatum, & ſanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Pſalm. 15. Conſerua me Domine. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Marcum.
℟. Gloria tibi Domine. Cap. 16

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis; quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit

eis

eis: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Oremus. Oratio.

VIrtutum cæleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius huic famulo tuo, vel famulæ tuæ, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pſalmus. 19. Exaudiat te Dominus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.

℟. Gloria tibi Domine. Cap. 4.

IN illo tempore: Surgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuò ſurgens, miniſtrabat illis. Cum autem ſol occidiſſet: omnes, qui habebant infirmos

va-

varijs languóribus, ducébant illos ad eum. At ille ſíngulis manus imponens, curábat eos.

Orémus. Oratio.

Domine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: qui fragilitátem humánæ conditionis infuſa virtútis tuæ dignatione confirmas, vt ſalutáribus remédijs corpora noſtra, & mentes vegétentur: ſuper hunc fámulum tuum propitius intende, vt omni neceſſitáte corporeæ infirmitatis exclúſa, gratia in eo priſtinæ ſanitatis perfecta reparetur. Per Chriſtum. Pſal.85. Inclina Domine aurem tuam. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

℟. Gloria tibi Domine. Cap.5.

In illo tempore. Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitúdo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacúmque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo, ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Dum venio

nio enim ego,alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus: Surge,tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille; & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Oratio.

RESpice Domine famulum tuum in infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refoue, quam creaſti: vt caſtigationibus emendata, continuo ſe ſentiat tua medicina ſaluatam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Pſal. 90. Qui habitat. Aña Media vita in morte ſumus, quem quærimus adiutorem,niſi te Dñe,qui pro peccatis noſtris iuſtè iraſceris? Sãcte Deus,ſancte fortis,ſancte & miſericors Saluator,amaræ morti ne tradas nos. ℣. Ne proijcias nos in tempore ſenectútis: cum defecerit virtus noſtra, ne derelinquas nos Domine. Sancte Deus. ℣. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potentiæ protege nos ſemper Deus noſter. Sancte Deus. ℣. Aſpice Domine de ſede ſancta tua,& cogita de nobis:inclina Deus meus

au-

aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide tribulationem noſtram. Sancte Deus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sancte Deus. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. ℣ Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſũ. ℟ Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. ℣ Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. ℣ Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟ Vt cuſtodiant, &c. ℣ Ora pro nobis beate Pater Dominice. ℣ Saluum fac ſeruum tuum. ℟ Deus meus ſperantem in te. ℣ Mitte ei Dñe auxilium de ſancto. ℟ Et de Sion tuere eum. ℣ Nihil proficiat inimicus in eo. ℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣ Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℣ Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus infirmitatem famuli tui propitius reſpice: atque ad protegendum eum dexteram tuæ maieſtatis extende. Oratio.

COncede hunc famulum tuum, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſalute gaudere: & glorioſæ beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Oratio Deus, qui miro. p. 45. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus: vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur: beati Dominici confeſſoris tui Patris noſtri patrocinio ſubleuemur. Oratio.

PReces, quas tibi Domine pro famulo tuo ægroto offerimus, intercedente beato Petro martyre

tuo,

tuo, elementer intende: & pugiles fidei ſub tua protectione cuſtodi. Oratio. Deus, qui Eccleſiam tuã beati Thomæ.p.48. Oratio. Deus, qui gentium.p.48

Oratio.

DEus, qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Sinai, & in eodem loco per ſanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocaſti: præſta quæſumus, vt eius meritis, & interceſſione, ad montem, qui Chriſtus eſt peruenire valeamus. Oratio. Deus, qui beatæ Catharinæ virginitatis.p. 51. Oratio. Largire nobis clementiſſime Pater. pag. 52.

Oratio.

DEus, qui facturæ tuæ ſemper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris: & famulum tuum aduerſa valetudine corporis laborantem placatus reſpice: & viſita in ſalutari tuo, & cæleſtis gratiæ præſta ei medicinam. Per Dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem. ℟. Amen.

Completa vltima Oratione, Sacerdos vtramque manum ponat ſuper caput infirmi, & dicat Orationem de beato Vincentio, videlicet.

Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ieſus Mariæ Filius, mundi ſalus, & Dominus, qui te traxit ad fidem catholicam, te in ea conſeruet, & beatum faciat, & meritis beatæ Virginis Mariæ, & beati Dominici Patris noſtri, & beati Vincentij, & omnium Sanctorum, te ab hac infirmitate liberare dignetur.

Poſtea dicat.

Initium ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem. Cap. 1.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, in ipſo vita erat & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lúmine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit; & ſui eum non receperúnt, quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri; his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis. Poſtea ſubiungat dicens.

DOminus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te benedi † cat: qui cum Patre, & Spiritu ſancto in vnitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. Benedictio Dei omnipotentis Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟ Amen.

Præ-

Prædicta Oratio ſuper infirmos, poteſt abbreuiari ad libitum, & applicari etiam Religioſo infirmo.

Sequitur alia breuis Oratio, quam poterit quis dicere ſuper infirmum, ſi non eſt infirmitas valdè grauis, videlicet, dicatur Pſalm. 120. Leuaui oculos. Antiph. Media vita, &c. cum ſuo ℣. vt ſupra. p. 279. Sub tuum. ℣. Sancti Dei omnes &c. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Saluum fac &c. ℟. Deus meus, &c. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei Genitrix intercede pro nobis. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: concede nobis ſalutem mentis, & corporis: vt ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus. Alia Oratio.

DEus, infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmum noſtrum oſtende virtutem: vt ope miſericordiæ tuæ adjútus, eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Dicatur etiam Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęſumus Dñe Deus, perpetua mentis, & corporis ſalute gaudere: & glorioſa B. Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à pręſenti liberare triſtitia, & ęterna perfrui lætitia. Per.

Deinde

Deinde dicat Orationem. Oratio.

TRibue quæſumus omnipotens Deus, omnes Sanctos, & electos tuos pro infirmo hoc famulo tuo iugiter oráre: & eos clementer exaudíre dignéris. Per Ieſum Chriſtum, &c.

Poſtea ſubiungat dicens. Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper.

DE COMMVNIONE INFIRMI.

QVando debet communicari infirmus pulſetur campana Capituli, & vadat Prælatus cum Conuentu ad Eccleſiam, vel illi cui inuuerit indutus camiſia, vel ſuperpelliceo cum ſtola: præcedentibus Ceroferarijs cum ſuperpelliceis, & accedens ad altare, vbi ſeruatur corpus Chriſti, dicat Confiteor, & priùs genua flectens reuerenter aſſumat Corpus Chriſti, & reponat in Calice præparato, & cooperiat patena & mappula munda, & comitante Conuentu & Ceroferarijs præcedentibus, & alijs duobus fratribus, quorum vnus portet lanternam cum lumine, & nolam, pulſando eam: & alius aquam benedictam, & ampullas cum vino & aqua. Sacerdos verò deferens corpus Chriſti, dicat alternatim cum Conueutu Canticum Graduum. De miniſtris & alijs neceſſarijs debet prouidere Sacriſta. Cum autem peruenerit ad infirmum, dicat Sacerdos: Pax huic domui. Et reſpondentibus alijs. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde dicat.

℣. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Aſpergendo infirm-

firmo. Deindè ℣. Saluum fac ſeruum tuum Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimícus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſídium, auxílij tui ſuper infirmum noſtrum oſtende virtutem: vt ope miſericordiæ tuæ adjútus, Eccleſiæ tuę ſanctę incolumis repreſentari meratur. Per Chriſtum.

Deinde dicat infirmus Confiteor, &c. Et abſoluatur à Sacerdote dicente: Miſereatur, &c. & Abſolutionē, &c. Deinde propoſita ſibi Euchariſtia, quærat ab eo Sacerdos Credis quod hic ſit Chriſtus Saluator mundi. Et reſponſo, Credo: porrigat ei Euchariſtiam, dicens: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te, & perducat ad vitam æternā. Amen. Poſtea abluat digitos, & det ei ablutionem. Quo tacto, dicat: ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Orat.

EXaudi nos Domine ſáncte, Pater omnípotens, æterne Deus: & mittere dignáre ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegát, viſitet & defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Poſtea reuertantur eo ordine quo venerunt ad Sacriſtiam: nola tamen non pulſetur, niſi fortè in caſu quo Corpus Domini contingeret reportari.

DE EXTREMA VNTIONE.

AD inungendum infirmum, pulſetur ſignum cum campana, cum qua ſolet pulſari primum ſignum ad Horas, aliquantulum tamen prolixius, quàm primùm ſignum Horarum. Et facto modico interuallo, iterum pulſetur cum eadem campana, ſed aliquantulum prolixius quàm prius. Sacriſta interim prouideat de Fratribus, qui aquam benedictam & cereos, & lanternam, & Crucem deferant. Et fratribus in Chorum venientibus, Prælato, vel illo, cui inunxerit, induto ſuperpelliceo, cum ſtola, procedat ad Infirmum, præcedente aqua benedicta & duobus Ceroferarijs in ſuperpelliceis: deinde lanterna cum lumine, ſubſequẽte Cruce: poſt Crucem ſequatur Sacriſta, qui Oleum ſanctum portet (quod ſemper ſit in Sacriſtia, & annuatim renouetur): portet etiam ſtuppam, vel pannum linteum ad extergendum vncturam. Poſtea ſequatur qui facit officium. Deinde ſequatur Conuentus eo ordine quo itur ad Capitulum. Cum autem peruenerit ad Infirmum, qui agit Officium, dicat aliquantulum altè: **Pax huic domui.** Et conuentus reſpondeat: **Et omnibus habitantibus in ea.** Poſtea aſpergatur Infirmus aqua benedicta. Deinde dicat: **Dominus vobiſcum.** Oremus.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuum Iacóbum loquutus es, dicens: Infirmãtur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclẽſiæ, vt orent ſuper eum: vngentes eum Oleo ſancto in nómine Dómini: & orátio fidei ſaluábit Infirmum, & alleuiábit eum:

Domi-

Dominus;& ſi in peccátis ſit,dimittétur ei:quæſumus Domine Redémptor noſter,grátia Spíritus ſancti,cura languóres iſtíus Infirmi, & ſana eius vulnera, ac dimítte peccáta:atque cunctos dolóres cordis & córporis ab eo expélle:& plenam ei intérius exteriúſque ſanitátem miſericórditer redde: vt ope miſericórdiæ tuæ reſtitútus & ſanátus, ad príſtina reparétur officia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Hac Oratione finita, & reſponſo, Amen. Infirmus ad inſinuationem illius,qui facit Officium, humiliter roget Prælatum & cæteros, qui aſtant,vt ſi quid erga eos deliquit, ei dimittant. Quod etiam fieri poteſt in Communione. Et illo, qui facit Officium, reſpondente, quod ei totum dimittunt,dicat infirmus: Confiteor, &c. vel ſi illud dicere nequierit, tundens pectus ſuum ſi commode poterit, dicat mea culpa, de ómnibus peccátis meis: Et dicatur ei à Conuentu: Miſereátur tui omnípotens Deus, &c. poſtea Prælatus ſiue faciat Officium ſiue non, dicat: Abſolutiónem, & remiſſiónem, &c. Si verò Prælatus abſens fuerit, ille qui facit Officium dicat abſolutionem. Quòd ſi Prælatus fuerit inungendus, ipſe ſimiliter roget Fratres,vt ei dimittãt, ſi quid circa eos deliquit. Et illo qui facit Officium reſpondente, vt ſupra: dicat Prælatus: Confiteor Deo, &c. & Conuentus ſubiungat. Miſereatur,&c. Et qui facit Officium dicat: Abſolutiónem, &c. Poſtmodum Fratres humiliter rogent eum, vt dimittat eis quidquid erga eum deliquerunt. Quò remittente, petant ab eo etiam abſolutionem,& dicant. Confiteor,&c. & ipſe ſubiungat:

Miſereatur veſtri omnipotens. & Abſolutionem, &c. Si Prælatus infirmitate impediente loqui nequiuerit, ſeruetur circa eum illud ſolum, quod circa alios ſuperius eſt notatum. His expeditis, qui facit Officium, offerat infirmo Crucem ad oſculandum. Quo facto, & Cruce reddita, qui facit Officium, incipiat Antiph. Intret oratio. & Pſalm. Domine ne in furore. & Conuentus ſtando proſequatur ipſum & reliquos Pſalm. Pœnitentiales, terminando quemlibem cum Gloria Patri. Dum autem hi dicuntur, accedat ad infirmum Sacerdos, & inungat eum Oleo ſancto faciendo Crucem cum pollice in oculis, in auribus, & in naribus, in ore clauſo exterius, in vtriſque manibus expanſis interius, in vtriſque pedibus ſuperius dicens: Per iſtam, &c. Quod ſi fuerit Sacerdos inungatur etiam in manibus expanſis ſuperius, ſimul dicens: Per iſtam ſanctam, &c.

MODVS AD VNGENDVM Infirmum:

Forma Sacramenti extremæ Vnctionis.

Ad oculos.

PEr iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimã miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per viſum.

Ad aures.

Per iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per auditum.

Ad nares.

Per iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per odoratum.

Ad os:

Per iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per guſtum. Ad Manus:

Per iſtam vntionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per tactum. Ad pedes.

Per iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per greſſum.

Quoties verò dicitur. Per iſtam vnctionem, &c. detergatur vnctura ab aliquo Fratre cui Sacriſta innuerit: & mutentur ſtuppæ, vel panni in qualibet deterſione, quos poſtea Sacriſta comburens, in piſcinam proijciat cineres. Peracta vnctione, Sacerdos abluat pollicem cum ſale & aqua in vaſe mundo: & tergat cum manutergio ad hoc ibidem à Sacriſta præparato: & ipſa ablutio proijciatur in piſcinam. Finitis Pſalmis ſubiungatur Antiphona. Intret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuam ad preces noſtras Domine. Poſtea dicat Sacerdos aliquantulum altè, ſine nota. Pater noſter. & Conuentus ſilenter dicat ipſum. Quo finito, dicat Sacerdos altè vt ſupra. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣ Mitte ei Domine auxilium de Sancto: ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo: ℟ Et filius iniquitatis non apponat nocére ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi oratiónem mem. ℟. Et clamor meus ad te véniat, ℣ Dominus vobíſcum. ℟: Et cum ſpíritu tuo. O rémus. Oratio.

QVæſumus omnípotens Deus: vt ſicut fámulo tuo Ezechíæ ter quinos annos ad vitam donáſti: ita & hunc fámulum tuum à lecto ægritúdinis tua poténtia érigat ad ſalútem. Per Chriſtum.

O rémus. Oratio.

REſpice Dómine fámulum tuum in infirmitate córporis laborántem: & ánimam réfoue quam creáſti: vt caſtigatiónibus emendata, continuò ſe ſéntiat tua medicína ſaluátam. Per Chriſtum.

O rémus. Oratio,

DEus, qui factúræ tuæ ſemper pio domináris afféctu: inclína áurem tuam ſupplicatiónibus noſtris, & fámulum tuum ex aduérſa valetúdine córporis laborántem placátus réſpice, & víſita in ſalutári tuo, & cæléſtis grátiæ præſta ei medicínam. Per Chriſtum Dominum. O rémus. Oratio.

DEus infirmitátis humánæ ſinguláre præſidium, auxilij tui ſuper infirmum noſtrum oſténde virtútem: vt ope miſericórdiæ tuæ adjútus, Eccléſiæ tuę ſanctę incólumis repreſentári mereátur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

O rémus. Oratio.

DEus, qui humáno géneri & ſalútis remédium, & vitæ ætérnæ præmia contuliſti: conſerua fámulo tuo tuárum dona virtútum, & concede, vt medelam tuam non ſolum in córpore, ſed etiam in ánima ſentiat. Per Chriſtum.

O re-

Oremus. Oratio.

VIrtútum cæleſtium Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languorem,& omnem infirmitátem pręcepti tui poteſtáte depellis:adeſto propítius hunc famulo tuo,vt fugátis infirmitátibus, & víribus receptis, nomen ſanctum tuum inſtauráta prótinus ſanitate benedícat.Per Chriſtum. Oremus. Oratio

DOmine ſancte,Pater omnípotens, ęterne Deus, qui fragilitátem humánę conditionis infúſa virtútis dignatione confirmas; vt ſalutáribus remedijs corpora noſtra, & membra vegetentur: ſuper fámulum tuum propitius intende: vt omni neceſſitate corporeę infirmitatis exclúſa, grátia in eo priſtinę ſanitátis perfecta reparetur. Per Chriſtum.

Deinde qui facit Officium, faciat abſolutionem infirmo ſub hac forma.

DOminus Ieſus Chriſtus,qui dixit diſcípulis ſuis: Quęcúmque ligaueritis ſuper terram, erunt ligáta &in cęlis:& quęcúmque ſolueritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cælis: de quorum número nos quãuis indígnos eſſe voluit: ipſe te abſoluat per miniſterium noſtrum ab omnibus peccátis tuis,quæcumque cogitatione, vel locutione, atque operatione negligenter egíſti: atque à nexibus peccatorum tuorum abſolutum perdúcere dignetur ad regna cęlorum. Quí viuit & regnat cũ Deo Patre in vnitate Spíritus.

Forma generalis Abſolutionis in mortis articulo; vel alias, cum Confeſſarius habet pleniſſimam poteſtatem à Pontifice: Dicat priùs confitens: Confiteor Deo, &c, Deinde Sacerdos: Miſereatur tui, &c.

Abſolutio.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam pijſſimã miſericordiam te abſoluat, Et ego autoritate ipſius, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius: Et auctoritate Apoſtolica ex ſpeciali gratia mihi commiſſa, & tibi conceſſa à Sanctiſſimo Domino noſtro N. Papa N. Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris & minoris, ſuſpenſionis & interdicti ſi teneris: & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ✝ Amen.

EXpletis Orationibus, & dicta abſolutione, ſi tunc non eſt cõmunicandus Infirmus dicat Sacerdos: Dñs vobiſcum. Oremus. Orat. Exaudi nos Dñe ſancte Pater. vt ſup. p. 285. Poſtmodum aſperſo infirmo aqua benedicta, relinquatur ibi Crux, & collocetur ita, quod Infirmus poſſit Crucifixum reſpicere. Et ſic egredientes Sacerdos, & Miniſtri, ad Sacriſtiam reuertantur. Quod ſi communicãdus fuerit, finitis Pſalmis, interim dum Orationes dicuntur, exeat Sacerdos aliquis cui Cantor innuerit, & cũ duobus Ceroferarijs, & aliquibus Fratribus, vno ex eis deferente nola, deferat Communionem. Et facta abſolutione prædicta, qui facit Vnctionis Officium, propoſita ſibi Euchariſtia, communicet eum ſecundum modum ſupra notatum in Communione. Quo facto, dicat: Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio. Exaudi nos vt ſupp. 285 Poſtmodũ aſperſo Infirmo aqua benedicta, egrediantur Fratres, vt ſupra. Si antequam terminetur Officiũ Vnctionis, Fratrem mori contigerit, ſtatim cum hoc

fuerit

fuerit deprehenſum, intermiſſis omnibus, incipiatur Commentatio animæ, **Subuenite.** ſicut infra p. 302.

OFFICIVM DE TRANSITV FRATRIS.

CVm Frater penitus morti appropinquauerit, crebris ictibus pulſetur tabula in Clauſtro, & in alijs locis ſi neceſſe fuerit. Et ſtatim fratres, vbicunque fuerint, accurrant omnes ad morientem, dicentes **Credo in Deum**, & proſequantur totum, tam altè, vt poſſit audiri: repetendo quouſque ad Infirmum peruenerint. Et ſi nox fuerit, prouideat Sacriſta, quòd candelæ accendantur in via qua itur ad Infirmariam: cuſtodes tamen remaneāt in Eccleſia, in Dormitorio, & in Clauſtro ſi neceſſe fuerit. Sacriſta autem deferat Prælato ſtolam & Collectarium: & mittat Fratres qui deferant Crucem, ſi ibi non fuerit. Si autem ad refectionem ſederint, & fuerint in principio refectionis, vel in medio, audito ſigno, velociter exeant omnes, & non dicatur: **Tu autem.** Refectorario ad cuſtodiam Refectorij remanente. Si verò ſint circa finem refectionis, innuente Priore dicatur: **Tu autem.** Et dicto breuiter Verſu, **Confiteantur.** vel **Memoriam.** ſubiungente Hebdomadario **Agimus tibi gratias**, vel **Benedictus Deus in doins, &c.** abſq; Pſalmo ſtatim exeant dicentes: **Credo in Deum**, vt ſupra. Si autem in Oratorio fuerint ad Miſſam, vel ad Canonicas Horas, priores exeant, quibus ipſe Prior innuerit: ceteri verò complentes inceptum, ſequuntur illos. Qui autem primi ad morientem venerint, ſtatim incipiant Litanias: hoc modo:

Kyrie eleiſon.
℟. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
℟. Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
℟. Chriſte audi nos.
Pater de cęlis Deus, miſerere ei. ℟. Pater, &c.
Fili Redemptor mundi Deus, ℟. miſerere ei,
℟. Fili, &c.
Spíritus ſanctę Deus, miſere ei.
℟. Spíritus, &c.
Sancta Trínitas vnus Deus miſerere ei.
℟. Sancta Trinitas, &c.
Sancta María, ora pro eo
Sancta Dei Genitrix, ora pro eo.
Sancta Virgó Vírginum, ora pro eo.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sanctę Raphael, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archãgeli, orate pro eo.
Omnes Sancti beatorum ſpirítuum ordines, oratę pro eo.
Sanctę Ioannes Baptiſta, ora pro eo.
Sancte Ioſeph, ora.
Omnes ſancti Patriarchę & Prophetę, orate pro eo.
Sanctę Petrę, ora.
Sanctę Paule, ora.
Sancte Andręa, ora.
Sanctę Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sanctę Iacobę, ora.
Sanctę Philíppe, ora.
Sancte Bartholomęe, ora.
Sancte Matthęe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sanctę Thadęe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marcę, ora.
Sanctę Luca, ora.
Omnes ſancti Diſcípuli Domini, oratę.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sanctę Stęphane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriane, ora.

San-

Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Dionyſi cum Socijs tuis, ora.
Sancte Mauriti cum Socijs tuis, ora.
Sancti Ianuarij cum Socijs tuis, ora.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, orate.
Sancti Coſma & Damiane, orate.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate pro eo.
Sancte Syluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Antoníne, ora.
Sancte Pater Dominice, ora pro eo.
Sancte Pater Dominice, ora pro eo.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Hyacinthe, ora.
Sancte Raymunde, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Confeſſores, orate.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cęcília, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Vrſula cum ſodalibus tuis, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Agnes, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, orate pro eo.
Omnes Sancti, orate.
Propitius eſto, libera eũ Domine.
℟. Propitius, &c.

A dam-

A damnatione perpetua. libera eum Domine.

A ſubitanea & improuiſa morte, libera.

A b imminentibus peccatorum ſuorum periculis, libera.

A b infeſtationibus dæmonum, libera.

P er myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ, lib.

P er Paſſionem, & Crucem tuam, libera.

P er glorioſam Reſurrectionem tuam, libera.

P er admirabilem Aſcenſionem tuam, libera.

P er grátiam ſancti Spiritus Paracléti, libera.

I n die iudícij, libera.

P eccatores, te rogamus audi nos.

℟. Peccatores, &c.

V t iracundiæ tuę flagella ab eo amoueas, te rogamus audi nos.

V t eius ſpiritum à loco anguſtiæ liberes te rogamus audi nos.

V t eum in regione viuorum æternis gaudijs confoueri iubeas, te rogamus audi nos.

V t nos exaudire digneris, te rog.

Fili Dei, te rog.

℟. Fili Dei, te rog.

A gnus Dei qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.

℟. Agnus Dei, &c.

A gnus Dei qui tollis peccata mundi, libera eũ Domine.

℟. Agnus Dei, &c.

A gnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere ei. ℟. Agnus Dei, &c.

K yrie eleiſon. Chriſte eleiſon. K yrie eleiſon.

Dicantur iſta tria communiter ab omnibus: deinde in ſilentio dicant omnes: Pater noſter. Quo dicto, dicat Sacerdos. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuũ. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxi-

auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimícus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocére ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi,&c. ℟. Et clamor,&c. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempitérne Deus, conſeruator animárum, qui quos díligis, córripis,& quos récipis, pié ad emendationem coérces: te inuocámus Domine, vt fámulo tuo,qui in córpore pátitur membrórum debilitátem, grátiam tuam conférre dignéris; vt in hora exitus ſui de corpore,abſque mortális peccáti mácula, tibi datori proprio, per manus ſanctorum Angelorum tuorum eius ánima repreſentári mereátur. Per Chriſtum.

Finitis Litanijs ſi Frater, vel Soror adhuc vixerit poterunt ei à Patre Sacerdote legi proteſtationes, quæ habentur inferius, p.328. in Commendatione animæ ſæcularibus perſonis, & recitari ab eodem Orationes quæ ſimiliter ſunt notatæ inf.pag. 340. vna cum Paſſionibus Domini, vel omnes vel aliquæ illarum ſicut neceſſe fuerit, & cum viderint Infirmum ſignis euidentibus morti proximum, intermittens Paſſiones, & dicat ſequentem Commendationem animæ, quæ eſt ſecundùm vſum Romanæ Eccleſiæ.

PRoficíſcere ánima Chriſtiana de hoc mundo. In nomine Dei Pa ✝ tris omnipoténtis,qui te creáuit. In nomine Ie ✝ ſu Chriſti Filij Dei viui,qui pro te paſſus eſt. In nomine Spíritus ✝ ſancti,qui in te effúſus eſt. In nomine Angelorum, & Archangelorum.

In

In nómine Thronórum, & Dominatiónum. In nómine Principátuum, & Poteſtátum. In nómine Chérubim, & Séraphim. In nómine Patriarchárum, & Prophetárum In nómine ſanctórum Apoſtolórum, & Euangeliſtárum. In nómine ſanctórum Mártyrum, & Confeſſórum. In nómine ſanctórum Monachórum, & Eremitárum. In nómine ſanctarum Vírginum, & ómnium Sanctorum, & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus: & habitátio tua in ſancta Sion. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus miſéricors, Deus clemens, Deus qui ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas vénia remiſſiónis euácuas: réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum N. & remiſſiónem omnium peccatórum ſuorum tota cordis confeſſione poſcéntem deprecátus exáudi. Rénoua in eo, pijſſime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fráude violátum eſt: & vnitáti corporis Eccleſię membrum redemptiónis annecte. Miſerere Domine gemítuum, miſerére lachrymárum eius: & non habentem fiduciam, niſi in tua miſericordia, ad tuæ ſacramentum reconciliationis admítte. Per Chriſtum.

COmmendo te omnipotenti Deo, chariſſime frater, & ei cuius es creatura, commítto: vt cum humanitátis debitum morte interueniente perſolueris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terræ formáuerat, reuertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de

cor-

corpore ſplendidus Angelorum cœtus occurrat: iudex Apoſtolorum tibi ſenâtus adueniat; candidatorum tibi Mártyrum triumphátor exercitus obuiet: & liliáta rutilántium teConfeſſorum turma circumdet: iubilántium te Vírginum chorus excípiat: & beátæ quietis in ſinu Patriarchárum te complexus aſtringat: mitis atque feſtíuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appáreat, qui te inter aſſiſtentes ſibi iúgiter intereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis: Cedat tibi teterrimus ſátanas cū ſatellítibus ſuis: in aduentu tuo, te comitántibus Angelis, contremíſcat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimíci eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiat: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei: & iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur igitur & erubeſcant omnes tartareæ legiones, & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire non audeat. Líberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te Crucifixus eſt. Líberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus Filius Dei viui intra Paradiſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oues ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis abſoluat, atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplatio-

tio-

tionis diuinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Oratio.

SVſcipe Domiſe ſeruum tuum in locum ſperándæ ſibi ſaluationis è miſericordia tua. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui ex omnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárum, & ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Henoch & Eliam de communi morte mundi. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Abraham de Vr Caldæorum. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iſaac, de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen. Libera Domine animā ſerui tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberáſti Daniélem de lacu leonum. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti tres pueros de camíno ignis ardentis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen. Libera Domine ánimam ſerui tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Dauid de manu regis Saul, & de manu Golíę. ℟. Amen. Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen. Et ſicut beatiſſimam Theclam virginem, & mártyrem tuam

de tribus atrociſſimis torméntis liberáſti, ſic liberare dignéris ánimam huius ſerui tui, & tecum facias in bonis congaudére cælcſtibus. ℟. Amen. Oratio.

COmmendámus tibi Dómine ánimam fámuli tui N. precámurque Dómine Ieſu Chriſte, Saluátor mundi, vt propter quam ad terram miſericórditer deſcendíſti, Patriarchárum tuórum sínibus inſinuáre non rénuas. Agnóſce Dómine creatúram tuã, non à dijs aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo viuo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecúndum opera tua. Lætífica Dómine ánimam eius in conſpéctu tuo, & ne memíneris iniquitátum eius antiquárum, & ebrietátum, quas ſuſcitáuit furor ſiue feruor mali deſiderij. Licet enim peccáuerit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negáuit, ſed crédidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adoráuit. Oratio.

DElicta iuuentutis, & ignorántias eius, quæſumus, ne memíneris Dómine, ſed ſecundùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum Dómine ſeruum tuum súſcipe. Suſcípiat eum ſanctus Michael Archángelus Dei, qui milítiæ cæleſtis méruit principátum. Veniant illi óbuiam ſancti Angeli Dei, & perducãt eum in ciuitátem cæléſtem Ierúſalem. Suſcípiat eum beátus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claues regni cæléſtis tráditæ ſunt. Adiuuet eum ſanctus Paulus Apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electiónis. Intercédat pro eo ſanctus Ioánnes eléctus Dei Apóſtolus,

cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi. Intercedāt pro eo omnes Sancti, & electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt, vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęleſtis: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto: Qui cū Patre & Spiritu ſancto viuit, &c.

Si anxiatur adhuc anima, dicantur hi Pſalmi, videlicet. Pſalm. 117. Confitémini Dómino, & totus Pſalm. 118. Beáti immaculáti, per horas diſtributus. Si autem expletis his omnibus, nondum obierit, recedant, relinquentes ibi Crucem, & aquam benedictam. Et prior de aliquibus Fratribus prouideat, qui remaneant ibidem, & dicant Pſalterium ſine Gloria Patri, &c. Qui cum certo ſigno viderint Fratrem in proximo moriturum, iterum per ipſa tabula, aduocent Fratres: Et repetant Commendationem animæ, vt ſupra.

DE OFFICIO POST OBITVM FRATRIS.

IMmediatè egreſſa anima, terminent Fratres Pſalmos, quos dicebant per Requiem, & fiat commendatio à Sacerdote cum ſtola incipiente ſequens ℟. & ℣. ſine cantu. Totum autem Commendationis Officium dicatur legendo diſtincte: quoadusque inchoandum fuerit à Cantore. ℟. Libera me, cum cantu. ℟. Subuenite Sancti Dei, occúrrite Angeli Domini ſuſcipiéntes animam eius, Offerentes eam, In conſpectu Altíſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocauit te, & in ſinum

num Abrahæ Angeli deducant te, S uſcipientes, ℣. Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. O fferentes. Deinde: K yrie eleiſon, C hriſte eleiſon, K yrie eleiſon, P ater noſter. ſecreto ℣. Et ne nos indúcas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi, ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O remus. Oratio.

TIbi Domine commẽdamus animam famuli tui N. vt defunctus ſæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitátem humánæ conuerſatiónis peccata commíſit, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

O rémus. Oratio.

MIſericórdiam tuam Dómine ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus, pietátis affectu pro alijs rogáre cógimur, qui pro noſtris ſupplicáre peccátis nequaquam ſufficimus: tamen de tua confiſi gratúita pietáte, & ſólita benignitáte, clementiam tuam depóſcimus, vt ánimam ſerui tui, ad te reuertentem cum pietáte ſuſcípias: adſit ei Angelus teſtaménti tui Míchael: & per manus ſanctórum Agelórum inter Sanctos, & electos tuos in ſinibus Abrahę, Iſaac, & Iacob Patriarchárum tuorum eam collocáre dignéris: quátenus liberáta de princípibus tenebrárum, & locis pœnárum, nullis iam primæuæ natiuitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis, ſeù

fragilitátis confundátur erróribus: ſed potius agnoſcatur à tuis: & ſanctæ beatúdinis réquie perfruátur: atque cum magni iudícij dies aduénerit, inter ſanctos, & eléctos tuos reſuſcitátus, glória manifeſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Sacerdos incipiat Antiph. Suſcípiat. & Pſal. In exitu Iſrael. & cæteri proſequantur. Quo dicto, dicatur Antiphona. Suſcípiat te Chriſtus, qui vocáuit te: & in Sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

Interim Prælatus prouideat quomodò corpus inuoluetur: & ſi neceſſe fuerit, ab aliquibus in ſecreto lauetur.

Eſt autem ſepeliendus Frater cum tunica, & caputio velante faciem eius, & ſuperpoſito; manibus in modum Crucis diſpoſitis: & cum caligis, & ſoccis, & cingulo decentibus & decenter aptatis: adhibita cautela circa prædicta, ne defluant, vel nimis ſtricte circa corpus applicentur. Eſt etiam habendum proprium feretrum, ſtrictum & idoneum: infra quod corpus repoſitum non eleuet coopertorium. Quod etiam habendum eſt proprium & honeſtum, ſed humile, habens crucem circa locum cooperientem corpus defuncti. Cum autem corpus inuoluitur, Fratres ſeorſum à defuncto ordinati, prout locus permiſerit, Commendationis Officium proſequantur. Sacriſta vero prouideat de thuribulo & cereis, & Cantor prouideat de his qui aquam benedictam, & Crucem deferant. Dicta poſt Pſalm. Antiph. dicat Sacerdos:

O rémus

Oremus. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno corpori ánimam ad ſimilitúdinem tuam inſpiráre dignátus es, dum te iubénte puluis in puluerem reuértitur: tu imáginem tuam, cum ſanctis & electis tuis ætérnis sédibus præcípias ſociari; eamque de Aegypti partibus ad te reuerténtem blandè lenitérque ſuſcípias, & Angelos tuos ſanctos ei obuiam mittas: viámque illi iuſtítiæ demonſtrare, & portas glóriæ tuæ aperíre dignéris. Repelle quæſumus Dómine, ab ea omnes princípes tenebrárum, & agnoſce depóſitum, quod tuum eſt: ſuſcipe Dómine creatúram tuam non à dijs aliénis creatam, ſed à te ſolo Deo viuo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te Dómine, & non eſt ſecundùm opera tua: lætífica clementíſſime Deus ánimam ſerui tui, & claríſica eam in multitúdine miſericórdiæ tuæ: ne memíneris quæſumus iniquitátum eius antiquárum, & ebrietátum eius, quas ſuſcitáuit furor, vel feruor mali deſidérij: licet enim peccauerit, tamen te non negáuit, ſed ſigno fidei inſignítus, te, qui omnia, & eum inter omnia fecíſti, fidéliter adoráuit. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum. Amen.

Deinde incipiat Sacerdos Añam. Chorus Angelórum. & Pſal. Diléxi, quóniam, & proſequatur Conuentus Pſal. & alios qui notati ſunt. In fine omnium dicatur: Réquiem. Poterunt autem Fratres ſedere, dum dicunt hos Pſal. ℣. Chorus. Pſal. Diléxi. Pſal. Crédidi. Pſalm. Laudáte Dóminum omnes gentes. Pſal. Confitémini. Pſal. Beáti immaculáti. vſque ad

ad Pſalm. Ad Dóminum cum tribulárer clamáui.
Finitis Pſalmis, ſtent Fratres, & ſubiungat Antiph.
Chorus Angelórum eum ſuſcipiat: & in ſinu Abráhæ eum collócet, vt cum Lázaro quondam páupere æternam hábeat requiem.

DIri vúlneris nouitáte percúſſi, & quodammodò córdibus ſauciáti, miſericórdiam tuam mundi Redémptor flebílibus vócibus implorámus: vt frátris noſtri N. ánimam ad tuam clementiám, qui fons pietátis es, reuerténtem, blandè, leniterque ſuſcípias: & quas illa ex carnáli commoratióne contráxit máculas, tu Deus ſólita benignitáte clementér déleas, pie indulgeas, obliuióni in perpetuum tradas, atque hanc, laudem tibi cum cæteris redditúram, & ad corpus quándoque reuerſúram, ſanctórum tuórum cœtibus aggregari præcipias. Qui viuis & regnas. Per omnia ſæcula ſæculórum.

Poſtea dicatur. Pater noſter. ℣. Et ne nos indúcas. ℟. Sed líbera nos. ℣. Non intres in iudícium cum ſeruo tuo Dómine. ℟. Quóniam non iuſtificabitur in conſpéctu tuo omnis viuens. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam eius. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Oremus: Oratio.

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneat, vitámque æternam, habére mereátur in cælis: per te Ieſu Chriſte Saluátor mundi. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuis & regnas Deus. Per omnia ſæcula ſæculórum. Amen.

Oremus.

Oremus. Oratio.

DEus, cui ſoli conuénit medicínam præſtáre poſt mortem; præſta quæſumus: vt ánima fámuli tui, terrénis exúta contágijs, in tuæ redemptiónis parte numerétur. Per Chriſtum.

Oremus. Oratio.

FIdélium Deus ómnium cónditor, & Redemptor; animábus famulórum, famulárumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam, quam ſemper optauérunt, pijs ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis, & regnas, cum Deo Patre in vnitáte, &c.

Et hic Commendationis finitur Officium: quo completo, dicant Horas ſuas, qui eas dicere debuerint. Quibus dictis, vel ſi eas dicere non debuerint, ſtatim incipiatur Pſalterium. Inuoluto corpore, & in feretro collocato, congregatis circa ipſum Fratribus, dimittatur pſalmodia: finito tamen Pſalmo incœpto, per ℣. Réquiem ætérnam.

Tunc Sacerdos reſumat ſtolam, ſi eam depoſuit, & aſpergens corpus aqua benedicta, & thurificans dicat: Dóminus vobíſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

SVſcipe Dómine ánimam ſerui tui, quam de ergáſtulo huius ſæculi vocáre dignátus es: & libéra eam de princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum: vt abſolúta ómnium vínculo peccatórum; quiétis ætérnæ beatitúdine perfruatur: & inter Sanctos & eléctos tuos in reſurrectiónis gloria reſuſcitári mereátur. Per Chriſtum Dóminum.

Hac Oratione dicta, Cantor incipiat ℞. **Líbera me Dómine de morte ætérna**, cum cantu, & Conuentus proſequatur cum Verſibus & reſumptionibus à Cantore incipiendis: & tunc campana pulſetur: & ſic deferatur corpus in Eccleſiam, tali ordine, vt aqua benedicta præcedat, poſtea Thuriferarius, deinde Ceroferarij, poſtea Crux ſequatur in medio; Poſt Crucem incedant Fratres eo ordine quo ſtãt in Choro, præcedentibus iunioribus: poſt omnes Sacerdos cum ſtola, vltimò defunctus à quatuor Fratribus, quibus Cantor innuerit, deferatur; quos & Conuerſi ſequentes poterunt adiuuare. Veniẽtes autem in Eccleſiã, deponant corpus in Choro, ita quod facies defuncti, Altare reſpiciat, verſis eius ad illud pedibus. Deinde illi, qui portant aquã, & thuribulũ, ordinẽt ſe ad pedes defuncti, vnus hinc, & alius inde verſis ad ſe mutuò vultibus: Ceroferarij vero ordinẽt ſe ad caput verſis vultibus ad Altare. Frater vero qui Crucem defert, collocet eam ad caput defuncti, verſo vultu Crucifixi ad caput defuncti, & poſt Crucem ſtet. Et finito Reſponſorio, **Líbera me Dómine.** cum Verſibus, & reſumptionibus, Sacerdos dicat alta voce.

℣. **A porta inferi.** ℞. **Erue Dómine ánimam eius.**

℣. **Dóminus vobiſcum.** ℞. **Et cum ſpíritu tuo.**

Oremus. Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſupplices deprecámur: vt animam famuli tui, quam de hoc ſæculo migráre iuſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtítuas, & ſanctorum tuorum iúbeas eſſe conſorté. Per Chriſtũ.

Si

Si Frater defunctus fuerit Sacerdos, vel Epiſcopus, dimiſſa præcedenti Oratione, dicatur hæc:

DEus qui inter Apoſtolicos Sacerdótes, famulum tuum Pontificáli, (vel Sacerdotáli) fecíſti dignitáte vigére: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpétuo aggregétur conſórtio. Per Chriſtum.

Hac Oratione finita, ponantur duo cerei accenſi ſuper candelabra hinc & inde, & aqua benedicta, & thuribulum ſicut commodè poterunt, collocentur ibidem. Porro ſi Fratres refectionem intermiſerant, redeant ad illam: ita tamen, vt nola non pulſetur, nec benedictio repetatur: ſed Lector incipiat vbi dimiſerat. Quod etiam fiat in Quadrageſima. Prouideat autem Prior ne corpus ſolum remaneat, ſed aliqui Fratres ibi Pſalterium legant. Quod ſi refectionem non intermiſerint, finita Oratione, quam ſupra diximus: **Inclina**: reſidentes in Choro incipiant Pſalterium, vbi in Infirmitorio dimiſerunt. Horas ſuas ſuis temporibus, Pſalterium intermittentes diligenter cantent: & expletis Horis, incipiant in Pſalterio vbi dimiſerant. Si tali hora obierit, vt de eo Miſſa celebrari poſſit in Conuentu, eo die ſepeliatur, ſin autem, in craſtinum reſeruetur; vel eodem die ſepeliatur ante, vel etiam poſt, maximè in æſtate. Si autem ab hora veſpertina moriatur, in craſtinum reſeruetur.

Cum vero in craſtinum reſeruatur agantur in nocte circa eum vigiliæ hoc modo: Sacriſta noctem diuidat in duas vigilias communiter prout poterit. In prima vigilia vigilet dexter Chorus dicendo Pſalterium.

terium. Et circa finem primæ vigiliæ, cum eis viſum fuerit, dicant Matutinas ſuas legendo. Quibus dictis, cum prima vigilia tranſacta fuerit, pulſentur Matutinæ: & alijs Fratribus in Chorum venientibus, eant dormitum, qui vigilauerant. Qui vero illa hora ſurrexerint. Matutinarum Officium cantando explcant diligenter. Quo finito, & dicta **Pretióſa**, vigilent ſicut primi dicendo Pſalterium. Nullus Fratrum mittatur extra, vſquequo defunctus ſepeliatur niſi magna neceſſitas immineat. Quamdiu etiam corpus eſt in Choro, non ſedeant Fratres ibi, vel in locutorio, ſed ſtent circa corpus, & dicant Pſalterium. Qui Officiis deputati ſunt, aſſiſtant defuncto prout poſſunt.

Si competenter fieri poteſt, priuſquam Frater ſepeliatur, debet in Conuentu celebrari Miſſa. Si non quam citius commode poterit, celebretur ſolemniter pro eo. Debent etiam pro ipſo fieri vigiliæ ipſa die qua ſepelitur, ſi factæ non fuerint à Conuentu, antequam ſepeliretur. Quod ſi nec ipſa die poſſint, fiant quàm citius temporis opportunitas occurrerit. Dicatur etiam Officium Defunctorum eo die, etiamſi in Hebdomada iam dictum fuerit. Idque ſufficiat pro obligatione Hebdomadæ. Quæ ſuperius ſcripta ſunt, ſeruanda ſunt circa Fratrem à Conuentu, in quo moritur, ſiue in ſuo, ſiue in Conuentu alieno moriatur. Si extra Conuentum ſuum Frater obierit, audita morte ipſius, fiant nihilominus pro eo dictæ vigiliæ in ſuo Conuentu, Miſſa ſimiliter celebretur. Quæ etiam facienda ſunt pro Magiſtro Ordi-

Ordinis per totum Ordinem, & pro Priore Prouinciali, in quolibet Conuentu Prouinciæ ſibi commiſſæ, audita morte ipſorum. Miſſam pro Fratre defuncto, ſi commode poteſt, debet Prælatus maior cantare, & totum Officium facere. Fratres hoſpites, & infirmi, qui commode poſſunt ad exitum morientis, & ad ſepulturam veniant, & ſtent in ordine ſuo. Quicquid pro Fratre defuncto fit, antequam ſepulturæ tradatur, erit præter hoc quod ei ex Conſtitutionibus debetur. Dies obitus Magiſtri Ordinis, ſiue in Magiſterio moriatur, ſiue ante mortem à Magiſterio fuerit abſolutus, ſcribatur in Kalend. Martyrologij, ad finem, & ſingulis annis recitetur, hoc modo. **Obitus Fratr.** N. **Ordinis noſtri Magiſtri ſecundi,** vel tertij, & ſic deinceps, & fiant pro eo Orationes ſecundum quod deuotio Prælati, & Fratrum iudicauerit eſſe faciendum.

DE OFFICIO SEPVLTVRAE DEFVNCTI Fratris, vel Sororis.

CVm deferendus eſt Frater defunctus ad ſepeliendum, debet paulo ante Sacriſta ſignum ad conuocandos Fratres in Chorum pulſare: & ſtolas cum libellis Proceſſionalibus Sacerdotibus diſtribuere: Cantor vero debet de Miniſtris ad hoc Officium neceſſarijs prouidere. Diſtributis ſtolis & libellis, ſiue Miſſa ſit celebrata tunc, ſiue non, præcedentibus Ceroferarijs in ſuperpelliceis, & Sacerdos ferens libellum, & Diaconus & Subdiaconus induti albis cum ſtolis, & manipu-

nipu-

nipulis, veniéntes ordinent ſe ad caput defuncti hoc modo: vt Sacerdos ſit in medio, poſt Crucem, & Diaconus tenens libellum à dextris eius, & iuxta eum alter Acolytorum, & Subdiaconus cum altero Acolytorum à ſiniſtris. Alij vero duo ordinent ſe ad pedes, verſis ad ſe mutuo vultibus: quorum vnus aquam benedictam, alius thuribulum teneat, miniſtraturi ea, cum neceſſe fuerit Sacerdoti. Deinde quatuor Fratres, quibus dictum fuerit à Cantore, qui delaturi ſunt corpus, induti albis ſine ſtolis, & manipulis, ordinent ſe iuxta feretrum hinc & inde. Et tunc ſine Dóminus vobíſcum, & Orémus. dicat Sacerdos voce mediocri Orationem ſequentem, eo modo, quo ſolent dici Orationes ad Horas diei. Cæteri vero Sacerdotes, qui libellos tenent, dicant Orationem hanc & alias, quæ poſt Reſponſoria ſequuntur, in ſilentio.

Oratio.


NOn intres in iudícium cum ſeruo tuo Dómine, quoniam nullus apud te iuſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatorum ei tribuátur remíſſio: non ergo eum, (vel eam) tua iudiciális ſententia premat, quem (vel quam) tibi vera ſupplicátio fidei Chriſtianæ comméndat: ſed grátia tua illi ſuccurrénte, mereátur euádere iudícium vltionis: qui (vel quæ) dum víueret, inſignitus (vel inſignita) eſt ſignaculo ſanctæ Trinitátis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Hac Oratione finita, & reſponſo à Conuentu Amen. Cantores incipiant Reſponſorium: Subuenite Sancti Dei, &c.


Et


Et Conuentus proſequatur Verſum: quem cantabunt ipſi, vel alij duo, quibus iniunctum fuerit à Cantore. Reſponſorium.





Poſt reſumptionem Cantores incipiãt: Kyrie elei-ſon. & Conuentus proſequatur. Dum cantatur ℟. Sacerdos accipiens aſperſorium de manu Fratris, aſpergat corpus aqua benedicta: & poſtea thurificet illud. Hoc idem in ſequenti Reſponſorio obſeruetur.





Finito Kyrie eleiſon. dicat Sacerdos eo modo, quo ſupra Orationem ſequentẽ ſicut ſolet dici ad Horas.

Orémus. Oratio.

DEus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriéndo córpora noſtra, ſed mutántur in mélius; te ſúpplices deprecámur, vt quidquid ánima famuli tui (vel fámulæ tuæ) vitiórum, tuæque voluntáti contrárium, falléntе diábolo, & própria iniquitáte, atque fragilitáte contráxit: tu pius, & miſericors ábluas indulgéndo: eámque ſuſcipi iúbeas per manus ſanctórum Angelórum tuórum deducéndam in ſinum Patriarchárum tuórũ, Abrahæ ſcilicet amíci tui, & Iſaac eléćti tui, atque Iacob dilécti tui: quo áufugit dolor,

&


& triſtítia, atque ſuſpírium: fidélium quoque ánimæ felíci iucunditáte lætántur, & in nouiſſimo magni iudícij die inter ſanctos, & eléctos tuos eam fácias perpétuæ glóriæ percípere portiónem: quam óculus non vidit, nec auris audíuit, & in cor hóminis non aſcéndit, quam præparáſti diligéntibus te. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione, ſequitur ℟. inchoandum, & cantandum, vt ſupra de alio dictum eſt: & aſpergat corpus, & thurificet. Reſponſorium.






e ru bé ſco: dum vé ne ris iu di cá re,



no li me condem ná re. Mo.




Ky ri e e lei ſon. Chriſte eleiſon. vt ſup. notatū eſt.

Dicto Kyrie eléiſon. dicat Sacerdos eo modo, quo ſupra videlicet, Orémus. Oratio.


FAc quæſumus Dómine, hanc cum ſeruo tuo defuncto, (vel ancilla tua defuncta) miſericordiam: vt factórum ſuórum in pœnis non recípiat vicem, qui, (vel quæ) tuam in votis tenuit volūtatem: & quia hic illum, (vel illam) vera fides iūxit fidélium turmis: illic eum, (vel eam) miſerátio tua ſociet Angélicis choris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Oratione finita, dicat Sacerdos alta voce.



Pa ter no ſter.

Dicant illud oēs in ſilētio, poſtea ſubiūgat Sacerdos.



Et ne nos in dú cas in tentá ti ó nem.

℟. Sed


℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam eius. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.


INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſupplices deprecámur: vt animam famuli tui, (vel famulæ tuæ,) quam de hoc ſæculo migrare iuſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum iúbeas eſſe conſortem. Per Chriſtum. ℟. Amen. Oratio.

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes, famulum tuum Sacerdotáli, (vel Pontificali, ſi fuerit Epiſcopus,) feciſti dignitáte vigére: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpétuo aggregétur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Dum hæc Oratio dicitur, vel præcedens, Subdiaconus accipiat Crucem de loco ſuo, & Oratione finita, Sacerdos incipiat alte ſine nota Antiphonam. Aperite mihi. & Cantor Pſal. 117. Confitémini Dómino ſicut infra notatum eſt: & Conuentus ipſum proſequatur. Statimque egrediantur Fratres ad locum ſepulturæ hoc ordine. Primo aqua benedicta præcedat, deinde Thuriferarius, poſtea Ceroferarij, & in medio eorum Subdiaconus ferens Crucem: deinde Fratres ſequantur eo ordine, quo ſunt in Choro, præcedentibus iunioribus. Poſtea ſequatur Diaconus ferens libellum: poſt ipſum Sacerdos, vltimo quatuor Fratres, qui corpus deferant: quos Fratres Conuerſi ſubſequentes poterunt adiuuare: dum autem corpus ad tumulum portatur, campana pulſetur.



Antiph. A pe rí te. Pſal. C on fi tê mi ni Do-



mino quo ni am bonus: * quoniam in ſæculum miſericórdia eius.

D icat nunc Iſrael quoniam bonus: * quoniam in ſæculum miſericordia eius.

D icat nunc domus Aaron: * quoniam in ſæculum miſericordia eius.

D icant nunc qui timent Dominum: * quoniam in ſæculum miſericordia eius.

D e tribulatione inuocáui Dominum: * & exaudíuit me in latitúdine Dominus.

D ominus mihi adiútor: * non timébo quid faciat mihi homo.

D ominus mihi adiútor: * & ego deſpíciam inimícos meos.

B onum eſt confidere in Domino, * quam confidere in homine:

B onum eſt ſperare in Domino, * quam ſperare in principibus.

O mnes gentes circuiérunt me: * & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.

C ircumdántes circumdedérunt me: * & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.

C ir-

Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: * & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Impúlſus euérſus ſum vt caderem: & Dominus ſuſcépit me.
Fortitúdo mea, & laus mea Dominus: * & factus eſt mihi in ſalutem.
Vox exultatiónis, & ſalútis * in tabernáculis iuſtorum.
Dextera Domini fecit virtútem, dextera Domini exaltáuit me: * déxtera Domini fecit virtútem.
Non moriar, ſed viuam: * & narrábo opera Domini.
Caſtigans caſtigáuit me Dominus: * & morti non trádidit me.
Aperite mihi portas iuſtítiæ, ingréſſus in eas confitebor Domino: * hæc porta Domini iuſti intrábunt in eam.
Confitébor tibi quoniam exaudíſti me: * & factus es mihi in ſalútem.
Lapidem, quem reprobauérunt ædificántes: * hic factus eſt in caput anguli.
A Domino factum eſt iſtud: * & eſt mirábile in oculis noſtris.
Hæc eſt dies, quam fecit Dominus: * exultémus, & lætémur in ea.
O Domine ſaluum me fac, ò Domine bene proſperare: * benedictus qui venit in nomine Domini.
Benedíximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, & illuxit nobis.

Conſtituite diem ſolémnem in condénſis, * vſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus ês tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quoniam exaudíſti me: * & factus es mihi in ſalútem.

Confitémini Dómino quoniam bonus: * quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Deinde ſubmiſſe légendo ſubiungat Antiphonam.

Aperíte mihi portas iuſtítiæ: & ingrêſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam.

Cum ad tumulum peruenerit Sacerdos Miniſtri ordinent ſe ad caput fóſſæ modo ſupradicto: vel aliter ſecundum aptitudinem loci, prout commodè poterunt. Conuentus verò ordinet ſe, ſicut loci, & temporis opportunitas permiſerit. Deinde Sacerdos Officium peragens, Miniſtris ſibi reſpondentibus, legendo dicat Orationes cum Pſal. & Antiphonis infraſcriptis. Alij vero Sacerdotes, qui libellos tenent, dicant eadem per ſe ſilenter. Cæteri autem Fratres, qui libellos non habent, bini & bini dicant Pſalmos Pœnitentiales, terminando quemlibet Pſalmum per Requiem. & ſi neceſſe fuerit, addant xv. Graduales, vel omnes, vel aliquos ex eis.

Oremus. Oratio.

PIæ recordatiónis affectu, fratres charíſſimi, commemorationem facimus chari noſtri, (vel charæ noſtræ,) quem (vel quam) Dominus de tentatiónibus huius ſæculi aſſumpſit: obſecrantes miſericor-

diam

diam Dei noſtri, vt ipſe ei tribuere dignétur plácidam & quietam manſionem: & remittat omnes lubricæ temeritatis offenſas: vt concéſſa venia plenæ indulgéntiæ, quidquid in hoc ſæculo, proprio, vel alieno reátu déliquit, totum ineffabili pietáte deleat, & abſtérgat. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Sequitur Antiphona. Ingrédiar. Pſalmus 41.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquárũ: * ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: * quando véniam & apparébo ante faciem Dei?

Fuérunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Vbi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effudi in me animam meã: * quoniam transíbo in locum tabernaculi admirábilis, vſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confeſſiónis: * ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea? * & quare cõturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: * propterea memor ero tui de terra Iordánis, & Hermonijm à monte modico.

Abyſſus abyſſum inuocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandáuit Dominus miſericórdiam ſuam: * & nocte canticum eius.

A pud me oratio Deo vitæ meæ,* dicam Deo: ſuſcéptor meus es.

Q uare oblítus es mei? * & quare contriſtátus incedo, dum afflígit me inimícus?

D um confringuntur oſſa mea, * exprobrauerunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

D um dicunt mihi per ſingulos dies: vbi eſt Deus tuus? * quare triſtis es anima mea? & quare contúrbas me?

S pera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

Finito Pſalmo dicatur Antiph. Ingrédiar in domum tabernáculi admirábilis, vſque ad domum Dei.

O remus. Oratio.

OBſecrámus miſericórdiam tuam omnipotens ætérne Deus, qui hominem ad imaginem tuã creáre dignátus es: vt animam famuli tui, quem, (vel famulæ tuæ, quam) hodierna die à rebus humanis eximi, & ad te accerſiri voluíſti: blande, & miſericorditer ſuſcípias: non ei dominentur vmbræ mortis, nec contegat eum, (vel eam) chaos & calígo tenebrárum: ſed exútus, (vel exuta) omnium criminum labe, in ſinu Abrahæ Patriarchæ collocatus, (vel collocata) locum lucis, & refrigerij ſe adeptum, (vel adeptam) eſſe congaudeat: vt cum dies iudícij aduenerit, cum Sãctis & electis tuis eum, (vel eam) reſuſcitari iubeas. Per Chriſtum: ℟. Amen.

Dicta hac Oratione, Sacerdos aſpergat corpus aqua benedicta, poſtea foſſam, deinde thurificet vtrumque, & dicat Antiph. Hæc requies, & Pſal.

Memen-

Memento &c. Duo autem ex his, qui corpus portauerunt, deſcendant in foſſam, ad corpus ſuſcipiendum, & duo remaneant ad deponendum. Et cum dicitur Pſalmus Memento. deponant illud. & collocent ſupinum, poſitis pedibus ad Orientem, vel ad Meridiem, ſecundùm foſſæ diſpoſitionem. Quo facto, egrediantur qui deſcenderant in foſſam.

Antiph. Hæc requies. Pſalmus 131.

MEmento Domine Dauid, * & omnis manſuetúdinis eius:

Sicut iuráuit Domino, * votum vouit Deo Iacob:

Si introiero in tabernâculum domus meæ, * ſi aſcendero in lectum ſtrati mei:

Si dedero ſomnum oculis meis, * & palpebris meis dormitatiónem:

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, * tabernáculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: * inuenimus eam in campis ſyluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: * adorábimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam, * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iuſtítiam: * & ſancti tui exultent.

Propter Dauid ſeruum tuum, * non auertas faciem Chriſti tui.

Iurauit Dominus Dauid veritátem, & non fruſtrabitur eam: * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtaméntum meum, * & teſtimónia mea hæc, quæ docébo eos:
Et filij eórum vſque in ſæculum, * ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quóniam elégit Dominus Sion: * elégit eam in habitatiónem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: * hic habitábo quóniam elegi eam.
Víduam eius benedícens benedícam: * pauperes eius ſaturábo pánibus.
Sacerdótes eius índuam ſalutári: * & ſancti eius exultatióne exultábunt.
Illuc producam cornu Dauid, * paráui lucernam Chriſto meo.
Inimicos eius índuam confuſióne: * ſuper ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.
Antiphona: Hæc réquies mea in ſæculum ſæculi: hic habitábo, quóniam elégi eam. Deinde dicat:

Oremus. Oratio.

DEus, apud quem mortuórum ſpíritus viuunt, & in quo electórum animæ depóſito carnis onere, plena felicitáte lætantur: præſta ſupplicatiónibus noſtris, vt anima famuli tui, (vel famulæ tuæ) quæ temporáli per corpus huius luminis caruit viſu, æterno illius ſolátio potiátur: non eam tormentum mortis attíngat, non dolor horréndæ viſionis afficiat, non pœnalis timor excruciet, non reorum próxima caténa conſtringat: ſed conceſſa ſibi venia delictórum ómnium, optátæ quietis conſequátur gáudia repromiſſa. Per Chriſtum.

Finita

Finita Oratione, Sacerdos inchoãs Añam. De terra plaſmáſti me. & Pſalm. 138. Domine probáſti me, & cognouíſti. proijciat terram ſuper corpus. Quo facto, qui ad hoc conſtituti ſunt, operiant illud humo, vel claudant monumentum. Sacerdos proſequẽdo Pſalmum incœptum, elonget ſe paululùm à foſſa cũ miniſtris, ante ſe ordinatis, prout commodè poterunt. Aña. De terra plaſmáſti me: & carne induíſti me, Redemptor meus Dñe, reſúſcita me in nouiſſimo die,

Poſteà Sacerdos dicit Orationem. Oratio.

OR emus fratres chariſſimi, pro ſpíritu chari noſtri, quem, (vel charæ noſtræ quam) Dominus de laqueo huius ſæculi liberáre dignátus eſt: cuius corpúſculum hodie ſepulturæ traditur: vt eum, (vel eam) pietas Domini in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob collocáre dignétur: vt cum dies iudícij aduenerit, inter Sanctos, & electos ſuos eum, (vel eam) in parte dextera collocandum, (vel collocandam) reſuſcitari faciat, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuit & regnat Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hac Oratione finita, vel alia quacumque de ſubſequentibus, cum aliquam addere oportuerit: ſi corpus humatum fuerit, intermiſſis cæteris, Sacerdos dicat Orationem: Débitum humani, &c. vt infra pag. 327. Oratio.

DEus vitæ dator, & humanórum córporum reparátor, qui te à peccatóribus exorári voluíſti: exáudi preces, quas ſpeciáli deuotióne pro anima famuli tui, tibi lacrymabiliter fundimus: vt liberáre

eam ab inferórum cruciátibus,& collocáre inter agmina ſanctorum tuorum dignéris: veſte quoque cæléſti, & ſtola immortalitátis índui, & paradíſi amœnitáte confoueri iúbeas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui humanárum animárum æternus amatór es, animam famuli tui, quæ veram dum in corpore maneret, ténuit fidem, ab omni cruciátu inferórum redde extorrem: vt ſegregáta ab infernálibus clauſtris Sanctórum mereátur adunári conſortijs. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

DEus, qui iuſtis ſupplicationibus ſemper præſto es, qui pia vota dignáris intueri, qui vniuerſorum es conditor, & Redemptor, miſericórdia quoque peccatórum, & tuorum beatitúdo iuſtorum: da famulo tuo , cuius depoſitióni hodie officium humanitátis exhibémus, cum ſanctis, & electis tuis beáti múneris portionem, eumque à corporeis nexibus abſolútum, in reſurrectione electorum tuorum facias præſentári. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

TEmeritátis quidem eſt Domine, vt homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi Domino Deo noſtro audeat commendáre; ſed quia terra ſuſcipit terram, & puluis conuértitur in púluerem, donec omnis caro in ſuam redigátur originem: inde tuam pijſsime Pater lacrymabiliter quæſumus

ſumus pietátem, vt huius famuli tui animam, quam de huius mundi virágine cœnulénta ducis ad patriam, Abrahæ amici tui ſinu recípias, & refrigérij rore perfundas: ſit ab æſtuantis gehennæ truci incendio ſegregáta, & beátæ requiéi te donante coniuncta: & ſi quæ illi ſunt Domine dignæ cruciátibus pœnæ: tu ei gratia mitíſſimæ lenitátis indúlge, nec peccáti recípiat vicem: ſed indulgéntiæ tuæ piam ſentiat bonitátem: cumque finíto mundi término, ſupérnum cunctis illúxerit regnum, ſanctorum omnium cœtibus aggregátus, cum eléctis tuis reſurgat in parte dextera collocandus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

DEbitum humáni corporis ſepeliéndi officium fidélium more compléntes, Deum, cui omnia viuunt, fidéliter deprecémur, vt hoc corpus chari noſtri, (vel charæ noſtræ) à nobis in infirmitáte ſepultum, in ordine ſanctorum ſuorum reſuſcitet: & eius ſpíritum, Sanctis ac fidélibus ſuis aggregári iúbeat: cum quibus inenerrábili gloria, & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuit & regnat Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Prædicta Oratione finita, Cantor alta voce incipiat Antiphonam, Clementiſſime. & Conuentus eam proſequatur. In fine vero Antiphonæ cum inchoabitur, Domine. omnes flectant genua, & dicto, Super peccatóre. ſurgant.

Antiphona.



Digitized by Google


tu a de le : e am que ad lu cem tu-
am An ge li tra hant , Pa ra dí ſi que
iá nu am intro dúcant: Cantores. Vt
dum corpúſcu lum púl ue ri trá di tur:
Conuentus. Ad æ ter ni tá tem perdúcant.
Do mi ne mi ſe ré re ſuper pec ca tó re.
Hic genuflectitur.
vel pec ca trí ce.

Fini-

Finita prædicta Antiphona, Sacerdos ſubiungat

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius.


℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.


SAtisfaciat tibi Dómine Deus noſter, pro anima famuli tui fratris noſtri, (vel famulæ tuæ ſororis noſtræ,) ſanctæ Dei Genitrícis, ſemperque Vírginis Mariæ, & beáti Domínici confeſſoris tui, Patris noſtri, & beatorum Petri, Antonini, Thomæ, Vincentij, Hyacinthi, Raymúndi, Ludouíci, Ambroſij, Iacóbi, Catharínæ, & Agnétis, omniúmque ſanctórum tuorum orátio, & præſentis famíliæ tuæ húmilis, & deuóta ſupplicátio: vt peccatórum omnium véniam, quam precámur obtíneat: nec eum, (vel eam) patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem (vel quam) Filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine redemíſti. Per Chriſtum. Oratio.

DEus, cuius miſeratione animę fidélium requieſcunt, famulis & famulábus tuis ómnibus, hic, & vbique in Chriſto quieſcéntibus, da propítius veniam peccatórum: vt à cunctis reátibus abſolúti, tecum ſine fine lætentur. Per eúndem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Hac Oratione finita, Cantor incipiat Pſal. Miſerére. hoc modo.



Mi ſe ré re mei De us: ſecúndùm magnam miſeri-



Et Fratres ipſum proſequendo, reuertantur in Chorum eo ordine, quo venerunt: ita tamen vt illi quatuor, qui corpus portauerunt, poſt Conuentum immediatè ſequantur in vtroque Choro, hinc & inde: & poſt eos ſequatur Diaconus, & poſt eum Sacerdos. Cum autem ad Chorum peruenerint, alijs euntibus ad loca ſua, & ſtolas, ac libellos deponentibus, Sacerdos ante gradus Presbyterij eat, & iuxta eum ad dexteram Diaconus, & Subdiaconus ad ſiniſtram: deinde illi quatuor, qui corpus portauerunt, duo hinc, & duo inde, & iuxta eos Acolythi, hinc, & inde: & iuxta Acolythos, illi qui aquam, & thuribulum portauerunt ſimiliter hinc, & inde. Finito Pſalm. Miſerére, & terminato per Réquiem æternam. Conuentus proſternat ſe ſuper formas, & Sacerdos cum cæteris, qui ibi ſunt, proſternat ſe ſuper gradus Presbyterij, & dicto Réquiem, abſque Kyrie eleiſon. dicant omnes in ſilentio, Pater noſter, quo finito Sacerdos erectus ſolus dicat alta voce: Et ne nos indúcas.
℟. Sed libera nos à malo. ℣. In memória ætérna erunt iuſti. ℟. Ab auditióne mala non timébunt.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ofre-

Oremus. Oratio.

ABſolue Domine animam famuli tui; (vel famulæ tuæ) & animas famulorum, famularumque tuárum ab omni vínculo delictorum: vt in reſurrectiónis glória inter Sanctos, & eléctos tuos reſuſcitáti reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos proſternat ſe vt prius: & omnes dicant in ſilentio, Pater noſter. & ſic facto ſigno à Prælato ſurgant.

Quod ſi aliqua Hora immediatè dicenda fuerit, dicto Requieſcant in pace, fiat ſignum à Prælato, & dicto Pater noſter, inchoetur Hora.

Quæ circa ſepulturam Fratris notata ſunt, vbi cómode non poſſunt ſeruari plenarie propter paucitatem Fratrum, minuatur de ſolemnitate notata: & fiat prout Prælato videbitur faciendum.

Hoc idem fiat circa ſepulturam extraneorum, ſiue ſint pauci, ſiue multi Fratres, vbi conſuetum eſt: excepto quod ad eorum corpora deferenda, non ponantur Fratres: & quod Antiphona prædicta, videlicet, Clementiſſime. non cantetur niſi in caſu pro aliquibus perſonis, quibus Ordo magis tenetur, cum ſpecialis deuotio id magis requirit: quod tamen non eſt facile faciendum.

Quando igitur prædicta Antiphona non cantatur, finita Oratione, Debitum, &c. dicat Sacerdos alta voce, Pater noſter.

Quo audito, intermiſſis his, quæ dicebantur, omnes in ſilentio illud dicant, & Sacerdos eo finito

alta

alta voce ſubiungat. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue Dómine animam eius.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.
Oremus. Oratio. Satisfáciat tibi, &c. vt ſupra notata ſunt. pag. 330.

DE COMMENDATIONE ANIMAE pro ſæcularibus perſonis.

SOlent frequenter à perſonis ſæcularibus ex deuotione aduocari fratres, vt aſſiſtant morientibus. Ideoque fratres taliter aduocati, poterunt in tali tempore infraſcriptam formam ſeruare, vel aliam vt eis viſum fuerit. Et primo ingredientes cameram infirmi dicant: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Poſtea accedentes ad infirmum, eum benignè ſalutent, & conſolentur. Et ſi viderint eum morti proximum, ſi adhuc ſit capax rationis, hortentur eum ad plenam ſubiectionem ſui ipſius diuinæ bonitati, & voluntati. Et cum viderint eum paratum ad moriendum, vnus eorum, qui fuerit Sacerdos, petat ab eo infraſcriptas petitiones per ordinem moroſè, & diſtinctè, vt eas infirmus percipere poſſit: videlicet, dicat Sacerdos.

Credis frater chariſſime omnes articulos fidei, & totam ſacram Scripturam ſecundum expoſitionem ſanctórum Doctórum, & catholicórum?

Reſpondeat infirmus. Credo. Sacerdos.

Deteſtáris tu, & réprobas omnes hæreſes & ſuperſtitió-

ſtitiones à ſancta matre Eccléſia damnatas, & reprobatas?

Reſpondeat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Reſpondeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoſcis te multum offendíſſe Dominum Deum creatórem tuum: à quo tanta beneficia recepiſti, & à quo habes quidquid boni habes?

Reſpondeat infirmus. Cognoſco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offenſa contra Dominum Deum, & te ipſum, & proximum tuum qualitercumque commiſſa?

Reſpondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de omni negligentia & omiſſione bene operandi, & de contemptu gratiárum à Domino Deo tibi datárum?

Reſpondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de hoc, non timóre mortis, vel cuiuſcumque pœnæ: ſed ſolum ex conſideratione offenſæ diuinæ bonitátis, quam offendíſti?

Reſpondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Deſideras recordari omnium peccatórum tuorum oblitorum, vt de ipſis habere poſſis ſpeciálem contritiónem, dolorem, & pœnitentiam?

Reſpondeat infirmus. Deſidero. Sacerdos. Proponis de cætero, ſi Deo placuerit te de hac ægritúdine ſanáre, deínceps toto tempore vitæ tuæ cauere à peccátis mortálibus, & vitam tuam mutare, potius quodcumque damnum temporále, & corporálem mortem ſubſtinere, quam de

cætero Deum per peccátum mortále offendere?

Reſpondeat infirmus. Propono. Sacerdos. Rogas Deum, vt te in hoc ſancto propoſito conſeruet?

Reſpondeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis omnibus inimícis tuis, qui verbo, vel facto tibi, vel tuis in aliquo nocuerunt, amore Dei tui, à quo etiam tu veniam tuorum peccatorum petis: & hoc non ſolum verbo, ſed corde, & firma voluntate?

Reſpondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Vis omnia integrè reſtituere illis, à quibus acquiſiuiſſes, recepiſſes, vel habuiſſes, per te, vel per alios iniuſtè, & indebito modo: & pro hoc totam facultatem tuam, ſi aliter ſatisfacere non poſſes, exponere, & eidem renunciare?

Reſpõdeat infirmus. Volo, & parátus sũ. Sacerdos. Credis, non proprijs méritis, ſed paſſiónis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtúte, & meritò ad glóriam perueníre?

Reſpondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro noſtra ſalúte mortuus ſit: & quod ex proprijs meritis, vel alio modo nullus poſſit ſaluári, niſi in merito paſſionis eius?

Reſpondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Redde ei gratias toto corde quantum potes, & te ipſius paſſioni recommenda, & ipſam corde cogita, & ore quantum potes nómina.

Reſpondeat infirmus. Reddo. Sacerdos. Doles, quod non potes recordari de omnibus pec-

catis

proximum, intermittentes paſſiones, faciant commẽdationem animæ, vt infra notatũ eſt poſt Paſſiones. Priùs tamen infirmus poterit facere ſequẽtes proteſtationes cõtra diabolicas tentationes vtiliſſimas; ſi integro adhuc eſt iudicio. Prima Proteſtatio.

IN nómine ſanctíſſimæ Trinitátis, Patris, † & Fílij, † & Spíritus † ſancti. Ego N. proteſtor coram te ſanctíſſime Angele Dei, diuína pietáte, ex vtero matris mihi commíſſo, & coram te patre meo N. & coram omnibus vobis circumſtántibus, quod in ea vera fide Cathólica, quam ſancta Romána, & Apoſtólica profitetur Ecclesia, & in qua omnes deceſſerunt Sancti, mori deſidero, & volo: nec ad momentum temporis díutius víuere affecto, niſi quantum diuínę placuerit pietáti, cui in omnibus conformiter meã ſubijcio voluntatẽ. Secunda proteſtatio.

Item proteſtor, quod ſub tua Angélica protectióne, & adiutório diuínæ grátiæ diſcedam, & ſic mori intendo abſque vlla deſperatióne, & fidei dubitatione: ita quod neque magnitúdo, nec numerus meórum peccaminũ in bárathrum deſperatiónis me immergere debent: cũ ſciam, & veráciter credã, vnam Deífici ſui sãguinis guttã in ara crucis effuſam, ſuffeciſſe in redemptionem totius humáni generis, ſi ita plácitum fuiſſet diuínæ pietáti. Tertia proteſtatio.

Proteſtor, quod in caſu, quo ex puſillanimitáte ſpíritus propter tremendum diuínum iudícium, cui aſtáre debeo: aut dæmonis tentatióne, ſeu debilitáte ratiónis (quod Deus auertat) in aliquam incíderem deſperatiónem, aut fidei dubitatiónem: hoc ipſum

pro

pro nunc ſana mente exiſtens reuoco, caſſo, & pro non tali facto habere volo, eo quod non animo ſano, & deliberato hoc ipſum eueniet, ſubmittens me totáliter diuínæ pietáti.

Quarta proteſtatio.

Proteſtor etiam, quod cum diuina miſericórdia nulli peccatóri contríto, & confeſſo, eamque deſideránti in remiſſionem ſuorum peccaminum denegetur, quod eandem miſericórdiam, & remiſſionem mihi impartíri velit, quam toto corde deſidero, & peto illam conſequi per mérita amaríſſimæ mortis Chriſti, & per virtútem pretioſiſſimi ſanguinis ſui pro me effuſi in ligno ſanctíſſimæ Crucis ſuæ, & per merita, & preces ſanctiſſimæ ſuæ Matris, & omnium ſanctorum Angelorum, & electorum.

Quinta proteſtatio.

Protéſtor etiam ſuper hâc petitionem humili prece porrectam: vt diuína pietas me ſuſcípere velit in número eorum hóminum, quos ab æterno præordináuit in extrémo iudício eſſe ſaluándos, ſi & inquantum pro meis peccatis exigéntibus, tam diu pœnas purgatorij ſuſtinere debeam, dummodo in ætérnum non ſecludar à ſua pietáte.

Sexta proteſtatio.

His proteſtationibus præmiſſis, ſanctíſſime Angele Dei, tibi extremam meam voluntátem, & affectionem pro teſtaménto animæ meæ comméndo, vt tria mihi ex teſtaménto Saluatóris impartíri dignéris. Primo, vnum lacrymóſum intúitum. & doloroſum ſuſpírium ex innumeris dolóribus, quos in cruce

pen-

pendens tribus horis viuus hábuit, ad mitigándum dolores meos, ſingultus, & gemitus, & ſuſpiria, quibus nunc premor: Et vt ipſa mater omnis gratiæ mecum condiuídere velit vnicum cordis ſui virgínei gémitum, doloroſumque ſuſpírium, ac lacrymóſum intúitum, ex innúmeris, quos ſub cruce ſtando, ſuſpírijs, & lacrymis hábuit, Fílium redemptórem humani generis intuêndo: ſuſcipiéndo me in númerum eorum peccatorum, qui veniam, & ſalutem à Domino in extrémo iudício per ſua ſanctíſſima mérita, & preces conſequuntur.

Secundò ſuccurrat tua angélica pietas, vt quando míſerum cor meum ſcindétur, & anima mea míſera à corpore ſeparábitur: tunc inueniam placabilem iúdicem, intuitu íllius diuinæ charitátis, in qua amoróſum cor ſuum ſcindebátur in cruce pro ſalúte mundi, & ſua diuiníſſima anima à diuiniſſimo corpore ſeparabátur.

Vltimò ſanctíſſime Angele Dei, commendo tibi extremam horam vitæ meæ, & exitum animæ meæ, gubernando, & ab hoſtibus ſalútis me protegendo, & vt ſuper has proteſtationes velis eſſe, vbi & quoties opus fuerit, contra omnia perícula ſalutis, fidelis teſtis, & protector. Cum homo eſt in agonia mortis, legendæ ſunt ſequentes orationes.

In primis dicatur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. & Aue Maria.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, per agoniam, & orationem tuam ſanctíſſimam, qua oráſti pro nobis in

tátem tuam, quæ de cælo ad terram, ad tolerándas ómnium paſsiónum tuárum amaritúdines te attráxit, offérre, & oſténdere dignéris Deo Patri omnipoténti pro ánima huius fámuli tui, vel famulæ tuæ, & líbera eã ab ómnibus paſsiónibus, & pœnis, quas pro peccátis ſuis timet ſe meruíſſe, & ſalua ánimam eius in hac horâ éxitus ſui in glória ætérna: & tu piiſsime Dómine Ieſu Chriſte, qui redemíſti nos pretiosíſsimo sánguine tuo: miſerére ánimæ huius famuli tui, vel famulæ tuæ, & eam introdúcere dignéris ad ſemper viréntia, & amœna loca paradíſi, vt viuat tibi amóre inuisíbili, qui à te, & ab eléctis tuis ſeparári numquam poteſt. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, &c.

Poſtea ſi adhuc vixerit, ſubiungendæ ſunt infraſcriptæ orationes, cum totidem Aue María.

Orationes ad B. glorioſamque Dei Genitricem Virginem Mariam. Prima Oratio.

MEdiátrix Dei, & hóminum, & fons miſericórdiæ, indeſinénter effúndens riuos copióſæ grátiæ, María, te rogo dulcíſsima mater Dómini noſtri Ieſu Chriſti: per illam perturbatiónem, quam habuíſti in corde tuo piiſsimo, tunc & deínceps, cum Símeon ſanctus, & ſenex, prophetándo díceret: Tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, vt petas, quátenus idem benedíctus Fílius tuus de largíſsima cleméntia ſua donet huic fámulo tuo per eándem perturbatiónem tuam, indulgéntiam ómnium peccatórum ſuórum. Et vt me, & eũ liberet ab ómnibus malis, prętéritis pręſéntibus, & futúris. Amẽ. Aue María.

Secunda Oratio.

AVxiliátrix Dei, & hóminum, & pacis ætérnæ condiméntum María: te interpéllo ſpecioſiſſima regína cæli, per illam doloróſam perturbatiónem, quam habuíſti in corde tuo benigníſsimo pro eo, quod Fílium tuum amantíſsimum per tríduum amíſeras, vt roges eum, quátenus ipſe propter eándem turbatiónem tuam, huic fámulo tuo dignétur dare plenam cognitiónem, perféctam contritiónem, puram confeſsiónem, ſpem firmam, certam ſecuritátem à Deo numquam ſeparándi, & ita perféctum, & verum amórem: vt cum illo amóre tantam mereátur mercédem in cælo acquírere, ac ſi ei multis annis cum perfectióne ſanctíſsimæ vitæ diligéntiùs ſeruíſſet. Amen. Aue María.

Tertia Oratio.

REparátrix debílium, & vulnerátæ ánimæ efficacíſsima medicína María, te peto glorióſa Dómina, per illam perturbatiónem, quam habuíſti in corde tuo clementiſsímo, pro eo quod pérfidi Iudæi captiuauérunt, & detinuérunt deſiderábilem vnigénitum vteri tui Fílium, de quo cognóuiſti in ſpiritu, quod volébat, & quod pati debébat pro ſalúte humáni géneris, quátenus depreceris eúndem Fílium propitiatórem ſęculi, vt ipſe propter eándem turbatiónem tuam de omni captiuitáte, & ab omni tribulatióne córporis, & ánimæ anguſtiárum, & periculórum, & tentatiónibus dæmonum, fámulum tuum cleménter erípiat, & ab ómnibus malis in perpétuum tueátur. Amen. Aue María.

Quarta Oratio.

ILluminátrix cæcórum, & lucérna ſalutíferæ grátiæ, María: te flágito, dulciſsima bona mater Dei, per illam turbatiónem tuam, quam habuíſti in corde tuo piiſsimo, pro eo, quod amantiſsimus Fílius tuus à Iudæis crudelíſsimis in conſpéctu tuo cum clauis acutíſsimis, abſque vlla miſeratióne, viuíficæ Crucis patíbulo fuit affíxus: vt póſtules ab eódem Fílio tuo, quátenus per eándem turbatiónem tuam ignem veri amóris, per ignem amóris, & paſſiónis ſuæ in corde huius fámuli tui accéndat: quam ipſe ſummus Sácerdos ligno Crucis ipſum ſubiíciat, nútriat, & in altári cordis eius iúgiter árdeat, & flamméſcat, in commemoratióne ſuæ ſantiſsímæ paſsiónis, & mortis: vt eiúſdem ſacratíſsimæ paſsiónis ſuæ numquam obliuiſcátur. Et ſi ex infirmitáte válida, vel ex ália cauſa quacúmq; impediénte, memor eſſe nequíuerit, per eúndem acérbæ paſsiónis ſuæ dolórem, in hora mortis ſuæ ex multiplici miſericórdia ſua, tantam mercédem in cælis percípere mercátur, ac ſi omnes dies ſuos conſumpsíſſet in memória ſuæ ſacratiſsimæ paſsiónis. Amen. Aue María.

Quinta Oratio.

ADuocátrix ómnium peccatórum, quos damnabíliter moles vitiórum deprímit, finíſque noſtræ miſériæ María, te déprecor venerabilíſsima mundi Dómina, per illam intolerábilem turbatiónem, quam habuíſti in corde tuo benigníſsimo: in illa horâ, cum Fílius tuus cunctis deſiderátus géntibus, ac ómnibus verè amábilis de Cruce depoſitus,

cum recéntibus vulnéribus, & próprio ſánguine rubricátus, datus fuit à Ioſeph in ſinum tuum, qui eſt coróna iucunditátis ómnium beatórum in cæli ſólio, vt propter eándem perturbatiónem tuam, ipſe fámulum ſuum præueníre dignétur abundántiâ gratiárum ſuárum, & copióſæ miſericórdiæ ſuæ, vt det corpus ſuum, & ánimam ſuam in poteſtátem tuam, & in ſinum piíſſimæ miſericórdiæ tuæ, quam cunctis deuótè poſtulántibus cleménter áperis in ætérnum. Et ad illud ſignum gemebúndum ſic eum récipi affectuosíſsimè déprecor, propter illum dulcíſsimum infántulum tuum cándidum, & rubicúndum eléctum ex míllibus, qui theſáurus totíus felicitátis tuæ éxtitit, & eſt, quem in ſinu tuo delicatíſſimo próprijs lactáſti vbéribus: vt in præsénti vita, & præcípuè in extrémis ſuis te vidére mereátur cum gáudio, & tuæ miſeratióni regratiári váleat in ſæcula ſæculórum. Amen. Aue María.

Páſsio Dómini noſtri Ieſu Chriſti secúndùm Matthæum. *Cap. 26.*

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis: ✝ Scitis, quia poſt bíduum Paſcha fiet, & filius hóminis tradétur, vt crucifigátur. C Tunc congregáti ſunt príncipes Sacerdótum, & ſenióres pópuli in átrium príncipis Sacerdótum, qui dicebátur Cáiphas: & cōsílium fecérunt, vt Ieſum dolo tenérent, & occíderent. Dicébant áutem: S Non in die feſto. C Ne fortè tumúltus fieret in pópulo. Cum áutem Ieſus eſſet in Bethánia in domo Simónis lepróſi, accéſsit

ad

ad eum múlier habens alabáſtrum vnguénti pretióſi, & effúdit ſuper caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes áutem diſcípuli, indignáti ſunt, dicéntes: S Vt quid perdítio hæc? Pótuit enim iſtud venúndari multo, & dari paupéribus. C Sciens áutem Ieſus, ait illis: † Quid moléſti eſtis huic mulíeri? Opus enim bonum operáta eſt in me. Nam ſemper páuperes habétis vobíſcum: me áutem non ſemper habétis. Mittens enim hæc vnguéntum hoc in corpus meum: ad ſepeliéndum me fecit. Amen dico vobis, vbicúmque prædicátum fúerit hoc Euangélium in toto mundo, dicétur & quod hæc fecit in memóriam eius. C Tunc ábijt vnus de duódecim, qui dicebátur Iudas Iſcariótes, ad príncipes Sacerdótum; & ait illis: S Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? C At illi conſtituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat opportunitátem vt eum tráderet. Prima áutem die Azymórum acceſſérunt diſcípuli ad Ieſum, dicéntes: S Vbi vis parémus tibi comédere Paſcha? C At Ieſus dixit: † Ite in ciuitátem ad quemdam, & dícite ei: Magíſter dicit: Tēpus meum propè eſt, apud te fácio Paſcha cum diſcípulis meis. C Et fecérunt diſcípuli ſicut conſtítuit illis Ieſus, & parauérunt Paſcha. Véſperè áutem facto, diſcumbébat cum duódecim diſcípulis ſuis. Et edéntibus illis dixit: † Amen dico vobis, quia vnus veſtrûm me traditúrus eſt. C Et contriſtáti valdè, cœpérunt ſínguli dícere: S Numquid ego ſum Dómine? C At ipſe reſpóndens, ait: † Qui intíngit mecum manum in parópſide, hic me tradet. Fílius

quidem hóminis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: Væ áutem hómini illi, per quem Filius hóminis tradétur: Bonum erat ei, ſi nàtus non fuiſſet homo ille. C Reſpóndens áutem Iudas, qui trádidit eum, dixit: S Numquid ego ſum, Rabbi? C Ait illi: † Tu dixíſti. C Cœnantibus autem eis, accépit Ieſus panem, & benedíxit, ac fregit, dedítque diſcípulis ſuis, & ait: † Accípite, & comédite: Hoc eſt corpus meũ. C Et accípiens cálicem, grátias egit: & dedit illis, dicens: † Bíbite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtámenti, qui pro multis effundétur in remiſsiónem peccatórum. Dico áutem vobis: non bibam ámodo de hoc genímine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobíſcum nouum in regno Patris mei. C Et hymno dicto, exiérunt in montem Oliuéti. Tunc dicit illis Ieſus: † Omnes vos ſcandálum patiémini in me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percútiam paſtórem, & diſpergéntur oues gregis. Poſtquam autem reſurréxero, præcédam vos in Gálilæam. C Reſpóndens autem Petrus, ait illi: S Etſi omnes ſcandalizáti fúerint in te, ego numquam ſcandálizabor. C Ait illi Ieſus: † Amen dico tibi, quia in hac nocte, ántequam gallus cantet, ter me negábis. C Ait illi Petrus: S Etiam ſi oportúerit me mori tecum, non te negábo. C Simíliter & omnes diſcípuli dixérunt. Tunc venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſémani, & dixit diſcípulis ſuis: † Sedéte hic donec vadam illuc, & orem. C Et aſsúmpto Petro, & duóbus filijs Zebédæi, cœpit cõtriſtári & mœſtus eſſe. Tunc ait illis: † Triſtis

ſtis eſt ánima mea vſque ad mortem: Suſtínete hĩc, & vigiláte mecum. C Et progréſſus pusíllum, prócidit in fáciem ſuam, orans, & dicens: † Pater mi, ſi poſsíbile eſt, tránſeat à me calix iſte: Verumtámen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. C Et venit ad diſcípulos ſuos, & inuénit eos dormiéntes, & dicit Petro: † Sic Non potuíſtis vna horã vigiláre mecum? Vigiláte, & oráte vt non intrétis in tentatiónem. Spíritus quidem promptus eſt, caro áutem infirma. C Iterum ſecúndò ábijt, & oráuit, dicens: † Pater mi, ſi non poteſt hic calix transíre niſi bibam illum, fiat volúntas tua. C Et venit íterum, & inuénit eos dormiéntes: erant enim óculi eorum grauáti. Et relíctis illis, íterum ábijt, & oráuit tertiò, eúmdem ſermónem dicens. Tunc venit ad diſcípulos ſuos, & dicit illis: † Dormíte iam, & requiéſcite: Eccè appropinquáuit hora, & Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus: ecce appropinquáuit qui me tradet. C Adhuc eo loquénte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cũ gládijs & fúſtibus, miſſi à princípibus Sacerdótum, & ſenióribus pópuli. Qui áutem trádidit eum, dedit illis ſignum, dicens: S Quemcúmque oſculátus fúero, ipſe eſt, tenéte eum. C Et confèſtim accédens ad Ieſum, dixit: S Aue Rabbi. C Et oſculátus eſt eũ. Dixítque illi Ieſus: † Amíce, ad quid veníſti? C Tũc acceſsérunt, & manus iniecérunt in Ieſum, & tenuérunt eum. Et eccè vnus ex his, qui erant cum Ieſu, exténdens manum, exémit gládium ſuum, & percútiens ſeruum príncipis Sacerdótum, amputáuit au-

rículam eius. Tunc ait illi Ieſus: ✝ Conuérte gládiũ tuum in locum ſuum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non poſſum rogáre Patrem meum, & exhibébit mihi modo pluſquam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúræ, quia ſic opórtet fieri? C In illa hora dixit Ieſus turbis: ✝ Tamquam ad latrónem exíſtis cum gládijs, & fúſtibus comprehéndere me? Quotídie apud vos ſedébam docens in templo, & non me tenuíſtis. C Hoc áutem totum factum eſt, vt adimpleréntur Scriptúræ Prophetárum. Tunc diſcípuli omnes, relícto eo, fugérunt. At illi tenéntes Ieſum, duxérunt ad Cáïpham príncipem Sacerdótum, vbi Scribæ & ſenióres conuénerant. Petrus áutem ſequebátur eum à longè, vſque in átrium príncipis Sacerdótum. Et ingréſſus intro, ſedébat cum miníſtris, vt vidéret finem. Príncipes áutem Sacerdótum, & omne concílium, quærébant falſum teſtimónium contra Ieſum, vt eum morti tráderent: & non inuenérunt, cum multi falſi teſtes acceſsíſſent. Nouiſsímè áutem venérunt duo falſi teſtes, & dixérunt: S Hic dixit: Poſſum deſtrúere templum Dei, & poſt tríduum reædificáre illud. C Et ſurgens princeps Sacerdótum, ait illi: S Nihil reſpóndes ad ea, quæ iſti aduérſum te teſtificántur? C Ieſus áutem tacébat. Et princeps Sacerdótum ait illi: S Adiúro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Fílius Dei. C Dicit illi Ieſus: ✝ Tu dixíſti. Verúntamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis ſedéntem à dextris virtútis Dei, &

venién-

veniéntem in núbibus cæli. C Tunc princeps Sacerdótum ſcidit veſtiménta ſua, dicens: S Blaſphemáuit: Quid adhuc egémus téſtibus? Ecce nunc audíſtis blaſphémiam: Quid vobis vidétur? C At illi reſpondéntes, dixérunt: S Reus eſt mortis. C Tunc expuérunt in fáciem eius, & cólaphis eum cecidérunt, álij áutem palmas in fáciem eius dedérunt, dicéntes: S Prophetíza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percúſsit? C Petrus verò ſedébat foris in átrio: Et accéſsit ad eum vna ancílla, dicens: S Et tu cum Ieſu Galilæo eras. C At ille negáuit coram omnibus, dicens. S Néſcio quid dicis. C Exeúnte áutem illo iánuam, vidit eum ália ancílla, & ait his, qui erant ibi: S Et hic erat cum Ieſu Nazaréno. C Et íterum negáuit cum iuraménto: Quia non noui hóminem. Et poſt puſíllum acceſsérunt qui ſtabant, & dixérunt Petro: S Verè & tu ex illis es: nam & loquéla tua maniféſtum te facit. C Tunc cœpit deteſtári, & iuráre quia non nouíſſet hóminem. Et contínuò gallus cantáuit. Et recordátus eſt Petrus verbi Ieſu, quod díxerat: Priúſquàm gallus cantet, ter me negábis. Et egréſſus foras, fleuit amáre. Manè áutem facto consílium iniérunt omnes princípes Sacerdótum, & ſeniótes pópuli aduérſus Ieſum, vt eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, & tradidérunt Póntio Piláto præſidi. Tunc videns Iudas, qui eum trádidit, quòd damnátus eſſet: pœniténtiâ ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus Sacerdótum & ſenióribus, dicens: S Peccáui, tradens ſánguinem iuſtum. C At illi dixérunt:
S Quid

S Quid ad nos ? Tu víderis . C Et proiéctis argénteis in templo, recéſsit : & ábiens láqueo ſe ſuſpéndit. Príncipes áutem Sacerdótum , accéptis argénteis, dixérunt: S Non licet eos míttere in córbonã : quia prétium ſanguinis eſt . C Consílio áutem ínito, emérunt ex illis agrum figuli in ſepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus eſt ager ille, Hacéldama, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiérnũ diem. Tunc implétum eſt quod dictum eſt per Ieremíam Prophétam, dicéntem . Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiauérunt à filijs Iſrael : & dedérunt eos in agrum figuli, ſicut conſtítuit mihi Dóminus . Ieſus áutem ſtetit ante Præſidem , & interrogáuit eum Præſes, dicens: S Tu es Rex Iudæórum ? C Dicit illi Ieſus: ✝ Tu dicis . C Et cum accuſarétur à princípibus Sacerdótum, & ſenióribus, nihil reſpóndit. Tunc dicit illi Pilátus : S Non audis quanta aduérſum te dicunt teſtimónia ? C Et non reſpóndit ei ad vllum verbũ, ita vt mirarétur Præſes veheménter. Per diem áutẽ ſolémnem conſuéuerat Præſes pópulo dimíttere vnum vinctum, quem voluíſſent. Habébat áutem tunc vinctum insígnem , qui dicebátur Barábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus: S Quem vultis dimíttam vobis: Barábbam , an Ieſum, qui dícitur Chriſtus? C Sciébat enim , quod per inuídiam tradidíſſent eum. Sedénte áutem illo pro tribunáli, miſit ad eum vxor eius, dicens: S Nihil tibi, & iuſto illi, Multa enim paſſa ſum hódie per viſum propter eum. C Príncipes áutem Sacerdótum , & ſenióres

res perſuaſérunt pópulis vt péterent Barábbam, Ieſum vero pérderent. Reſpóndens áutem Præſes, ait illis: S Quem vultis vobis de duóbus dimítti? C At illi dixérunt: S Barábbam. C Dicit illis Pilâtus: S Quid ígitur fáciam de Ieſu, qui dícitur Chriſtus? C Dicunt omnes. S Crucifigátur. C Ait illis Præſes: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamábant, dicentes: S Crucifigátur. C Videns áutem Pilátus quia nihil profíceret, ſed magis tumúltus fíeret: accéptâ aquâ, lauit manus coram pópulo, dicens: S Innocens ego ſum à ſánguine iuſti huius: Vos vidéritis. C Et reſpóndens vniuérſus pópulus, dixit: S Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. C Tunc dimíſit illis Barábbam: Ieſum áutem flagellátum trádidit eis vt crucifigerétur. Tunc mílites Præſidis ſuſcipiéntes Ieſum in prætórium, congregauérunt ad eum vniuérſam cohórtem: Et exuentes eum, chlámidem coccíneam circumdedérunt ei, & plecténtes corónam de ſpinis, poſuérunt ſuper caput eius, & arúndinem in déxtera eius. Et genufléxo ante eum, illudébant ei, dicéntes: S Aue Rex Iudæórum. C Et expuéntes in eum, accepérunt arúndinem, & percutiébant caput eius. Et póſtquam illuſérunt ei, exuérunt eum chlámyde, & induérunt eum veſtiméntis eius, & duxérunt eum vt crucifigerent. Exeúntes áutem, inuenérunt hóminem Cyrenæum, nómine Simónem: hunc angariauérunt, vt tólleret crucem eius. Et venérunt in locum, qui dicitur Gólgotha, quod eſt Caluáriæ locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum

felle

ſelle mixtum. Et cum guſtáſſet, nóluit bíbere. Poſtquam áutem crucifixérunt eum, diuiſérũt veſtiménta eius, ſortem mitténtes: vt implerétur quod dictum eſt per Prophétam dicéntem. Diuiſérunt ſibi veſtiménta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem: Et ſedéntes, ſeruábant eum. Et impoſuérunt ſuper caput eius cáuſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Ieſus Rex Iudæórum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrónes: vnus à dextris, & vnus à ſiníſtris. Prætereúntes áutem blaſphemábant eum, mouéntes cápita ſua, & dicéntes. S Vah qui déſtruis templum Dei, & in tríduo illud reædíficas: ſalua temetípſum. Si Fílius Dei es, deſcénde de cruce. C Simíliter & príncipes Sacerdótum illudéntes cum Scribis & ſenióribus, dicébant: S Alios ſaluos fecit, ſeípſum non poteſt ſaluum fácere: Si Rex Iſrael eſt, deſcéndat nunc de cruce, & crédimus ei: Confidit in Deo: líberet nunc, ſi vult eum: dixit enim: Quia Fílius Dei ſum. C Idípſum áutem & latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A ſexta áutem horâ ténebræ factæ ſunt ſuper vniuérſam terram vſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamáuit Ieſus voce magna, dicens: † Eli, Eli, lammaſabácthani? C Hoc eſt: † Deus meus, Deus meus vt quid dereliquíſti me? C Quidam áutem illic ſtantes, & audiéntes, dicébant: S Elíam vocat iſte. C Et continuò currens vnus ex eis, accéptam ſpóngiam impléuit acéto, & impóſuit arúndini, & dabat ei bíbere. Cæteri verò dicébant: S Sine, videámus an véniat Elias líberans eum. C Ieſus áutem

tem

tem iterum clamans voce magna, emíſit ſpíritum,
Hic pauſatur aliquantulum, & genuflectitur. Et ec-
cè velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo
vſque deórſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ
ſunt, & monuménta apérta ſunt: & multa córpora
ſanctórum, qui dormíerant, ſurrexérunt. Et exeún-
tes de monuméntis poſt reſurrectiónem eius, ve-
nérunt in ſanctam ciuitátem, & apparuérunt mul-
tis. Centúrio áutem, & qui cum eo erant, cuſto-
diéntes Ieſum, viſo terræ motu, & his, quæ fiébant,
timuérunt valdè, dicéntes: S Verè Fílius Dei erat
iſte. C Erant áutem ibi mulíeres multæ à longè,
quæ ſecútæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrántes ei:
inter quas erat María Magdaléne, & María Iacóbi,
& Ioſeph mater, & mater filiórum Zebedęi. Cùm áu-
tem ſerò factum eſſet, venit quidam homo diues ab
Arimathæa, nómine Ioſeph, qui & ipſe diſcípulus
erat Ieſu. Hic accéſsit ad Pilátum, & pétijt corpus
Ieſu. Tunc Pilátus iuſsit reddi corpus. Et accépto
córpore, Ioſeph inuóluit illud in síndone munda. Et
póſuit illud in monuménto ſuo nouo, quod excíde-
rat in petra. Et aduólüit ſaxum magnum ad óſtium
monuménti, & ábijt. Erat áutem ibi María Mag-
daléne, & áltera María, ſedéntes contra ſepúlchrum.

ALtera áutem die, quæ eſt poſt Paraſcéuen, con-
uenérunt príncipes Sacerdótum, & Phariſæi
ad Pilátum, dicéntes: Dómine, recordáti ſumus,
quia ſedúctor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies
reſúrgam. Iube ergo cuſtodíri ſepúlchrum vſque
in diem tértium: ne fortè véniant diſcípuli eius, &
furén-

ſuréntur eum, & dicant plebi: Surréxit à mórtuis: & erit nouíſſimus error peior prióre. Ait illis Pilatus: Habétis cuſtódiam, ite, cuſtodíte ſicut ſcitis. Illi áutem abeúntes, muniérunt ſepúlchrũ, ſignántes lápidem, cum cuſtódibus.

Páſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecúndùm Marcum. *Cap.* 14.

IN illo témpore: Erat Paſcha & Azyma poſt bíduum: & quærébant ſummi Sacerdótes, & Scribæ quómodo Ieſum dolo tenérent, & occíderent. Dicébant áutem: S Non in die feſto: C Ne fortè tumúltus fieret in pópulo. Et cum eſſet Ieſus Bethániæ in domo Simónis leprósi, & recúmberet: venit múlier habens alabáſtrum vnguénti nardi ſpicáti pretióſi, & fracto alabáſtro, effúdit ſuper caput eius. Erant áutem quidam indígnè feréntes intra ſemetípſos, & dicéntes: S Vt quid perdítio iſta vnguénti facta eſt? Póterat enim vnguéntum iſtud venúndari plúſquam trecéntis denárijs, & dari paupéribus. C Et fremébant in eam. Ieſus áutem dixit: † Sínite eam, quid illi moléſti eſtis? Bonum opus operáta eſt in me. Semper enim páuperes habétis vobíſcum: & cùm voluéritis, potéſtis illis benefácere: me áutem non ſemper habétis. Quod hábuit hæc, fecit: præuénit vngere corpus meum in ſepultúram. Amen dico vobis: vbicúmque prædicátum fuerit Euangélium iſtud in vniuérſo mundo, & quod fecit hæc, narrábitur in memóriam eius. C Et Iudas Iſcariótes vnus de duódecim ábijt ad ſummos Sacerdótes, vt próderet eum illis.

Qui

Qui audiéntes, gauíſi ſunt: & promiſérunt ei pecúniam ſe datúros. Et quærébat quómodo illum opportúnè tráderet. Et primo die Azymórum quando Paſcha immolábant, dicunt ei diſcípuli: S Quò vis eàmus, & parémus tibi vt mandúces Paſcha? C Et mittit duos ex diſcípulis ſuis, & dicit eis. ✝ Ite in ciuitátem: & occúrret vobis homo lagénam aquæ báiulans, ſequímini eum: & quocúnque introíerit, dícite dómino domus, quia Magíſter dicit: vbi eſt reféctio mea, vbi Paſcha cum diſcípulis meis mandúcem? Et ipſe vobis demonſtrábit cœnáculum grande, ſtratum: & illic paráte nobis. C Et abiérunt diſcípuli eius, & venérunt in ciuitátem: & inuenérunt ſicut díxerat illis, & parauérunt Paſcha. Véſperè áutem facto, venit cum duódecim. Et diſcumbéntibus eis, & manducántibus, ait Ieſus: ✝ Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui mandúcat mecum. C At illi cœpérunt contriſtári, & dícere ei ſingulátim: S Numquid ego? C Qui ait illis: ✝ Vnus ex duódecim, qui intíngit mecum manum in catíno. Et Fílius quidem hóminis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ áutem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradétur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. C Et manducántibus illis, accépit Ieſus panem: & benedícens, fregit, & dedit eis, & ait: ✝ Súmite, Hoc eſt corpus meum. C Et accépto cálice, grátias agens dedit eis: Et bibérunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtaménti, qui pro multis effundétur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc

geni-

genímine vitis vſque in diem illum, cùm illud bibam nouum in regno Dei. C Et hymno dicto, exiérunt in montem oliuárum. Et ait eis Ieſus. † Omnes ſcandalizabímini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt: Percútiam paſtórem, & diſpergéntur oues. Sed poſtquam reſurréxero, præcedam vos in Galilæam. C Petrus áutem ait illi: S Et ſi omnes ſcandalizáti fúerint in te: ſed non ego: C Et ait illi Ieſus: † Amen dico tibi, quia tu hódie in nocte hac, priúſquam gallus vocem bis déderit, ter me es negatúrus. C At ille ámpliùs loquebátur: S Et ſi oportúerit me ſimul commóri tibi, non te negábo: C Simíliter áutem & omnes dicébant. Et véniunt in prædium, cui nomen Gethsémani. Et ait diſcípulis ſuis: † Sedéte hic donec orem. C Et aſſúmit Petrum, & Iacóbum, & Ioánnem ſecum: & cœpit pauére, & tædére. Et ait illis: † Triſtis eſt ánima mea vſque ad mortem: Suſtinéte hic, & vigiláte. C Et cum proceſsiſſet páululùm, prócidit ſuper terram: & orábat, vt ſi fieri poſſet, transíret ab eo hora: & dixit: † Abba Pater, ómnia tibi poſsíbilia ſunt: transfer cálicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu. C Et venit, & inuénit eos dormiéntes. Et ait Petro: † Simon dormis? Non potuíſti vnâ horâ vigiláre? Vigiláte, & oráte vt non intrétis in tentatiónem. Spíritus quidem promptus eſt, caro verò infirma. C Et íterum ábiens orâuit eúmdem ſermónem dicens: Et reuérſus, dénuò inuénit eos dormiéntes (erant enim óculi eórum grauáti) & ignorábant quid reſpónderent ei. Et venit tertiò, & ait illis: † Dormíte

iam,

iam, requiéſcite. Sufficit: Venit hora: Ecce Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus. Ecce qui me tradet, prope eſt. C Et, adhuc eo loquénte, venit Iudas Iſcariótes vnus de duódecim, & cum eo turba multa, cum gládijs, & lignis, à ſummis Scaerdótibus, & Scribis, & ſenióribus. Déderat autem tráditor eius ſignum, eis dicens: S Quemcumque oſculátus fuero, ipſe eſt, tenéte eum, & dúcite cáutè. C Et cùm veniſſet, ſtatim accédens ad eum, ait: S Aue Rabbi: C Et oſculátus eſt eum. At illi manus iniecérunt in eum, & tenuérunt eum. Vnus autem quidam de circumſtántibus edúcens gládium, percúſſit ſeruum ſummi Sacerdótis: & amputáuit illi aurículam. Et reſpóndens Ieſus, ait illis: ✝ Tamquam ad latrónem exíſtis cum gládijs, & lignis comprehendere me? Quotídie eram apud vos in templo docens, & non me tenuíſtis. Sed vt impleántur Scriptúræ. C Tunc diſcípuli eius relinquéntes eum, omnes fugérunt. Adoléſcens autem quidam ſequebátur eum amíctus síndone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta síndone, nudus profúgit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum Sacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdótes, & Scribæ, & ſeniótes. Petrus autem à longè ſecútus eſt eum vſque intrò in atrium ſummi Sacerdotis: & ſedebat cum miníſtris ad ignem & calefaciebat ſe, ſummi verò Sacerdótes & omne concílium quærebant aduerſus Ieſum teſtimónium, vt eum morti tráderent, nec inueniebant. Multi enim teſtimónium falſum dice-

bant aduérſus eum : & conueniéntia teſtimónia non erant. Et quidam ſurgéntes, falſum teſtimónium ferébant aduérſus eum, dicentes: S Quóniam nos audíuimus eum, dicéntem: Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificábo. C Et non erat conuéniens teſtimónium illorum. Et exúrgens ſummus Sacérdos in médium, interrogáuit Ieſum, dicens: S Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciúntur ab his? C Ille autem tacébat, & nihil reſpóndit. Rurſum ſummus Sacérdos interrogábat eum, & dixit ei: S Tu es Chriſtus Fílius Dei benedícti? C Ieſus autem dixit illi: ✝ Ego ſum: Et vidébitis Fílium hominis ſedéntem à dextris virtútis Dei, & veniéntem cum núbibus cæli. C Summus autem Sacerdos ſcindens veſtiménta ſua, ait: S Quid adhuc deſiderámus teſtes? Audíſtis blaſphémiam: Quid vobis videtur? C Qui omnes condemnauérunt eum eſſe reum mortis. Et cœpérunt quidam conſpuére eum, & veláre faciem eius, & coláphis eum cædere, & dicere ei: S Prophetíza: C Et miniſtri alapis eum cędébant: Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancíllis ſummi Sacerdótis: & cum vidiſſet Petrum calefaciéntem ſe, aſpíciens illum, ait: S Et tu cum Ieſu Nazaréno eras? C At ille negáuit, dicens: S Neque ſcio, neque noui quid dicas. C Et exijt foras ante atrium, & gallus cantáuit. Rurſus autem cùm vidiſſet illum ancílla, cœpit dícere circumſtántibus: Quia hic ex illis eſt. At ille iterum negáuit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtábant, dicé-

bant Petro: S Verè ex illis es: nam & Galilæus es.
C Ille autem cœpit anathematizáre, & iuráre: quia néſcio hóminem iſtum, quem dícitis, Et ſtatim gallus iterum cantáuit. Et recordátus eſt Petrus verbi, quod díxerat ei Ieſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negábis. Et cœpit flere. Et confeſtim manè consílium faciéntes ſummi Sacerdótes cum ſenióribus, & Scribis, & vniuérſo concílio, vincientes Ieſum, duxérunt, & tradidérunt Piláto. Et interrogáuit eum Pilátus: S Tu es Rex Iudæórum?
C At ille reſpondens, ait illi ✝ Tu dicis: C Et accuſabant eum ſummi Sacerdótes in multis. Pilátus autem rurſum interrogáuit eum, dicens: S Non reſpóndes quidquam? Vide in quantis te accuſant.
C Ieſus autem amplius nihil reſpóndit, ita vt miraretur Pilátus. Per diem autem feſtum ſolébat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petiſſent. Erat autem qui dicebátur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicídium. Et cum aſcendíſſet turba, cœpit rogáre ſicut ſemper faciébat illis. Pilátus autem reſpondit eis, & dixit: S Vultis dimíttam vobis Regem Iudæórum? C Sciebat enim quòd per inuídiam tradidíſſent eum ſummi Sacerdótes. Pontífices autem concitauérunt turbam, vt magis Barabbam dimítteret eis. Pilátus autem iterum reſpóndens, ait illis: S Quid ergo vultis faciam Regi Iudæórum? C At illi iterum clamauérunt: S Crucifige eum. C Pilátus verò dicébat illis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamábant: S Crucifige eum. C Pilátus

tus autem volens populo ſatisfácere, dimiſit illis Barabbam, & trádidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum púrpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam. Et cœperunt ſalutáre eum: S Aue Rex Iudæorum. C Et percutiebant caput eius arúndine: & conſpuebant eum, & ponentes genua, adorábant eum. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum púrpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & edúcunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perdúcunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretátum Caluáriæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à ſiniſtris eius. Et impleta eſt Scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputátus eſt. Et prætereuntes blaſphemábant eum mouentes cápita ſua, & dicentes; S Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas, ſaluum fac temetipſum deſcendens de cruce. C Similiter & Summi Sacerdotes illudéntes, ad alterútrum cum Scribis dicebant; S Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſalúum fácere. Chriſtus Rex Iſrael deſcen-

dat

dat nunc de cruce, vt videamus, & credámus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram, vſque in horam nonam. Et hora nona exclamáuit Ieſus voce magna, dicens: ✝ Eloi, Eloi, lammaſabacthani? C Quod eſt interpretatum: ✝ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquíſti me? C Et quidam de circumſtantibus audientes, dicebant: S Ecce, Eliam vocat. C Currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque cálamo, potum dabat ei, dicens: S Sínite, videamus ſi veniat Elias ad deponendum eum. C Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit. Hic pauſatur aliquantulum, & genuflectitur. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum. Videns autem Centúrio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: S Verè hic homo Filius Dei erat. C Erant autem & mulieres de longè aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome; & cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam.

ET cùm iam ſerò eſſet factum, (quia erat Paraſceue, quod eſt ante ſabbatum) venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decúrio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet

à Centurióne, donáuit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercátus síndonem, & deponens eum inuóluit ſindone, & póſuit eum in monuménto, quod erat excíſum de petra, & aduóluit lápidem ad oſtium monuménti.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Lucam. *Cap. 22.*

IN illo témpore: Appropinquábat dies feſtus Azymórum, qui dícitur Paſcha: & quærebant príncipes Sacerdótum, & Scribæ, quómodo Ieſum interfícerent: timébant vero plebem. Intráuit autem Satanas in Iudam, qui cognominabátur Iſcariótes, vnum de duódecim, & abijt, & locútus eſt cum princípibus Sacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum illum tráderet eis. Et gauíſi ſunt, & pacti ſunt pecúniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærébat opportunitátem, vt tráderet illum ſine turbis. Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Et miſit Petrum & Ioannem, dicens: ✝ Euntes paráte nobis Paſcha, vt manducémus. C At illi dixérunt: S Vbi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✝ Ecce introeúntibus vobis in ciuitátem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequímini eum in domum, quam intrat, & dicetis patrifamílias domus: Dicit tibi Magíſter: Vbi eſt diuersórium, vbi Paſcha cum diſcípulis meis mandúcem? Et ipſe oſtendet vobis cœnáculum magnum ſtratum, & ibi paráte. C Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha. Et cum facta eſſet hora, diſcúbuit, & duódecim Apóſtoli cum eo. Et ait illis: ✝ Deſi-

† Deſiderio deſideráui hoc Paſcha manducáre vobíſcum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. C Et accepto cálice, grátias egit, & dixit: † Accípite, & diuídite inter vos. Dico enim vobis quod nō bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. C Et accepto pane grátias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: † Hoc eſt corpus meū, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. C Similiter & cálicem, poſtquam cœnáuit, dicens: † Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundétur. Verumtamen ecce manus tradéntis me, mecum eſt in menſa. Et quidem Filius hominis, ſecundùm quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ hómini illi, per quem tradetur. C Et ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc factúrus eſſet. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum viderétur eſſe maior. Dixit autem eis. † Reges Gentium dominantur eorum: & qui poteſtátem habent ſuper eos, benefici vocántur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrátor. Nam quis maior eſt, qui recúmbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recúmbit? Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat: vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpóſuit mihi Pater meus regnum, vt edátis, & bibátis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeátis ſuper thronos, iudicántes duodecim tribus Iſrael. C Ait autem

tem Dominus: ✝ Simon, Simon, ecce Sátanas expetíuit vos vt cribráret ſicut tríticum: Ego autem rogáui pro te, vt non defíciat fides tua: & tu aliquándo conuerſus, confirma fratres tuos. C Qui dixit ei: S Domine, tecum parátus ſum & in carcerem, & in mortem ire. C At ille dixit; ✝ Dico tibi Petre, non cantábit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C Et dixit eis: ✝ Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt: S Nihil. C Dixit ergo eis: ✝ Sed nunc, qui habet ſacculum, tollát ſimiliter & peram: Et qui non habet, vendat túnicam ſuam, & emat gládium. Dico enim vobis, quóniam adhuc hoc, quod ſcriptum eſt, óportet impleri in me: Et cum iníquis deputátus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem habent. C At illi dixerunt: S Domine, ecce duo gládij hic. C At ille dixit eis: ✝ Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſecúndum conſuetúdiuem in montem Oliuarum. Secuti ſunt autem illum & diſcípuli. Et cum perueníſſet ad locum, dixit illis: ✝ Orate ne intretis in tentatiónem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & póſitis genibus orabat, dicens: ✝ Pater ſi vis, transfer calicem iſtum à me: Verumtamen non mea volúntas, ſed tua fiat. C Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexíſſet ab oratióne, & veníſſet ad diſcípulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia. Et ait illis: ✝ Quid dormitis? Súrgite, orate,

ne

ne intretis in tentationem. C Adhuc eo loquen[illegible], ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi: † Iuda, oſculo filium hominis tradis? C Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: S Domine, ſi percútimus in gladio? C Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus, ait: † Sínite vſque huc. C Et cum tetigíſſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos, qui vénerant ad ſe, principes Sacerdótum, & magiſtrátus templi, & ſeniores. † Quaſi ad latrónem exíſtis cum gládijs, & fuſtibus? Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendíſtis manus in me: Sed hæc eſt hora veſtra, & potéſtas tenebrárum. C Comprehendéntes autem eum, duxerunt ad domum principis Sacerdótum: Petrus vero ſequebátur à longè. Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidíſſet ancilla quædam ſedéntem ad lumen, & eum fuiſſet intúita, dixit: S Et hic cum illo erat. C At ille negáuit eum, dicens: S Mulier, non noui illum. C Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: S Et tu de illis es. C Petrus vero ait: S O homo, non ſum. C Et interuállo facto quaſi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: S Verè & hic cum illo erat: Nam & Galilæus eſt. C Et ait Petrus: S Homo neſcio quid dicis. C Et continuò adhuc illo loquente cantáuit gallus. Et cõuerſus

Domi-

Dominus reſpexit Petrum. Et recordátus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia priuſquam gallus cantet, ter me negábis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogábant eum, dicentes: S Prophetiza, quis eſt, qui te percúſſit? C Et alia multa blaſphemántes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & principes Sacerdótum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes: S Si tu es Chriſtus, dic nobis. C Et ait illis: ✝ Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem & interrogáuero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hóminis ſedens à dextris virtútis Dei. C Dixerunt autem omnes: S Tu ergo es Filius Dei? C Qui ait: ✝ Vos dícitis, quia ego ſum. C At illi dixerunt: S Quid adhuc deſiderámus teſtimónium? Ipſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgens omnis multitúdo eorum, duxerunt illum ad Pilátum. Cœperunt autem illum accuſare, dicentes. S Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tribúta dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe. C Pilátus autem interrogáuit eum, dicens: S Tu es Rex Iudæórum? C At ille reſpondens, ait: ✝ Tu dicis. C Ait autem Pilátus ad principes Sacerdótum & turbas: S Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. C At illi inualeſcebant, dicentes: S Commouet populum docens per vniuerſam Iudæam, incípiens à Galilæa vſque huc. C Pilátus autem audiens Galilæam,

læam, interrogáuit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtáte eſſet, remíſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu, gauíſus eſt valde. Erat enim cúpiens ex multo tempore videre eum; eò quod audierat multa de eo, & ſperábat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogábat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes Sacerdotum, & Scribæ conſtánter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illúſit indútum veſte alba, & remíſit ad Pilátum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilátus in ipſa die: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilátus autem conuocátis principibus Sacerdotum, & magiſtrátibus, & plebe, dixit ad illos. S Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cáuſam inueni in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes: Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emendátum ergo illum dimittam? C Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, vnum. Exclamáuit autem ſimul vniuerſa turba, dicens. S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter ſeditiónem quandam factam in ciuitáte & homicídium, miſſus in cárcerem. Iterùm autem Pilátus locútus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamábant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tértio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iſte? Nullam

cáuſam mortis inuenio in eo: Corripiam ergo illum, & dimittam. C At illi inſtabant vocibus magnis poſtulántes vt crucifigeretur. Et inualeſcebant voces eorum. Et Pilátus adiudicáuit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium, & ſeditionem miſſus fuerat in cárcerem, quem petebant, Ieſum verò trádidit voluntáti eorum. Et cùm dúcerent eum, apprehenderunt Símonem quendam Cyrenenſem venientē de villa: & impoſuerunt illi Crucem portare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangébant, & lamentabántur eum. Conuérſus autem ad illas Ieſus, dixit: ✝ Filiæ Ierúſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: beátæ ſtériles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauêrunt. Tunc incípient dícere móntibus: Cádite ſuper nos. Et collibus: Operíte nos. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? C Ducebántur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et poſtquam venérunt in locum, qui vocátur Caluáriæ, ibi crucifixérunt eum: & latrónes, vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem dicébat: ✝ Pater dimítte illis: non enim ſciunt quid faciunt. C Diuidentes verò veſtiménta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat pópulus ſpectans, & deridebant eum príncipes cum eis, dicentes: S Alios ſaluos fecit: ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. C Illudebant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes

tes ei,& dicentes: S Si tu es Rex Iudęorum,ſaluum te fac. C Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic eſt Rex Iudæorum. Vnus autem de his,qui pendébant, latrónibus, blaſphemábat eum, dicens: S Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. C Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens: S Neque tu tímes Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum. C Et dixit illi Ieſus: † Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradíſo. C Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſque in horam nonam. Et obſcurátus eſt ſol: Et velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna Ieſus,ait: † Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum. C Et hæc dicens, expiráuit. Hic pauſatur aliquantulum, & genuflectitur. Videns autem Centúrio, quod factum fuerat, glorificáuit Deum, dicens: S Verè hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectáculum iſtud,& videbant quæ fiebant,percutientes pectora ſua reuertebántur. Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulieres, quæ ſecútæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

ET ecce, vir nomine Ioſéph, qui erat Decúrio, vir bonus, & iuſtus: (hic non conſenſerat conſilio,& actibus eorum)ab Arimathæa ciuitáte Iudęæ, qui expectabat & ipſe regnum Dei. Hic acceſſit ad Pila-

Pilátum, & petijt corpus Ieſu: Et depoſitum inuóluit síndone, & póſuit eum in monuménto excíſo, in quo nondum quiſquam póſitus fuerat:

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Ioannem. *Cap.* 18.

IN illo témpore. Egréſſus eſt Ieſus cum diſcípulis ſuis trans torréntem Cedron, vbi erat hortus, in quem introíuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciébat autem & Iudas, qui tradébat eum, locum: quia frequénter Ieſus couuénerat illuc cum diſcípulis ſuis. Iudas ergo cùm accepíſſet cohórtem, & à Pontificibus, & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum latérnis, & fácibus, & armis. Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventúra erãt ſuper eum, procéſſit, & dixit eis: † Quem quæritis? C Reſpondérunt ei: S Ieſum Nazarénum. C Dicit eis Ieſus: † Ego ſum. C Stabat autem & Iudas, qui tradébat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis; Ego ſum: abiérunt retrórſum, & cecidérunt in terram. Iterùm ergo interrogáuit eos: † Quem quæritis? C Illi autem dixérunt: S Ieſum Nazarénum. C Reſpóndit Ieſus: † Dixi vobis, quia ego ſum: Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. C Vt impleréturſermo, quem dixit: Quia quos dedíſti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum: & percúſſit Pontíficis ſeruum: & abſcídit aurículam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo, Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: † Mitte gládium tuum in vaginam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C Cohors ergo, & Tribunus, & miniſtri Iudæórum comprehendérunt

uerunt Ieſum, & ligauérunt eum: & adduxérunt eum ad Annam primùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Póntifex anni illius: Erat autem Caiphas, qui conſilium déderat Iudæis: quia expédit, vnum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcípulus. Diſcípulus autem ille erat notus Pontífici, & introíuit cum Ieſu in atrium Pontíficis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exíuit ergo diſcípulus alius, qui erat notus Pontífici, & dixit oſtiáriæ: & introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla oſtiária: S Numquid & tu ex diſcípulis es hóminis iſtius? C dicit ille: S Non ſum. C Stabant autem ſerui, & miníſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe: Pontifex ergo interrogáuit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpóndit ei Ieſus: † Ego palam locútus ſum mundo: Ego ſemper docui in ſynagóga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt: & in occúlto locútus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locútus ſim ipſis: Ecce hi ſciunt, quæ díxerim ego. C Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrórum dedit alapam Ieſu, dicens: S Sic reſpóndes Pontifici? C Reſpóndit ei Ieſus: † Si malè locútus ſum, teſtimónium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? C Et miſit eum Annas ligátum, ad Caïpham Pontificem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: S Numquid & tu ex diſcipulis eius es? C Negáuit ille, & dixit: S Non ſum. C Dicit ei vnus ex

ex ſeruis Pontificis, cognátus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: S Nonne ego te vidi in horto cũ illo? C Iterùm ergo negáuit Petrus: & ſtatim gallus cantáuit. Addúcunt ergo Ieſum à Cáipha in prætórium. Erat autem manè: Et ipſi non introïérunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducárent Paſcha. Exiuit ergo Pilátus ad eos foras, & dixit: S Quam accuſatiónem affertis aduerſus hóminem hunc? C Reſponderunt, & dixerunt ei: S Si non eſſet hic malefáctor, non tibi tradidiſſemus eum. C Dixit ergo eis Pilátus: S Accipite eum vos, & ſecúndum legem veſtram iudicáte eum. C Dixerunt ergo ei Iudæi: S Nobis non licet interficere quemquam. C Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moritúrus. Introíuit ergo iterùm in prætorium Pilatus, & vocáuit Ieſum, & dixit ei: S Tu es Rex Iudæorum? C Reſpondit Ieſus: † A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? C Reſpondit Pilátus: S Numquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: Quid fecíſti? C Reſpondit Ieſus: † Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertárent, vt non tráderer Iudæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. C Dixit itaque ei Pilátus: S Ergo Rex es tu? C Reſpondit Ieſus: † Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritáti: Omnis, qui eſt ex veritáte, audit vocem meam. C Dicit ei Pilátus; S Quid eſt veritas? C Et

cùm hoc dixiſſet, iterum exíuit ad Iudæos, & dicit eis: S Ego nullam inuénio in eo cáuſam. Eſt autem conſuetúdo vobis, vt vnum dimíttam vobis in Paſcha: Vultis ergo dimíttam vobis regem Iudæórum? C Clamauérunt ergo rurſum omnes, dicéntes: S Non hunc, ſed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilátus Ieſum, & flagelláuit. Et mílites plecténtes corónam de ſpinis impoſuérunt cápiti eius: & veſte purpurea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, & dicébant: S Aue Rex Iudæórum: C Et dabant ei alapas. Exiuit ergo iterùm Pilátus foras, & dicit eis: S Ecce addúco vobis eum foras: vt cognoſcátis, quia nullam inuénio in eo cauſam. C (Exíuit ergo Ieſus portans corónam ſpíneam, & purpureum veſtiméntum): Et dicit eis: S Ecce homo. C Cùm ergo vidíſſent eum Pontífices, & miniſtri, clamábant, dicéntes: S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilátus: S Accípite eum vos, & crucifigite: Ego enim non inuénio in eo cáuſam. C Reſpondérunt ei Iudæi: S Nos legem habémus, & ſecúndùm légem debet mori: quia filium Dei ſe fecit. C Cùm ergo audíſſet Pilátus hunc ſermónem, magis tímuit. Et ingréſſus eſt prætórium iterum: & dixit ad Ieſum: S Vnde es tu? C Ieſus autem reſpónſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: S Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtátem habeo crucifigere te, & poteſtátem habeo dimíttere te? C Reſpóndit Ieſus: † Non haberes poteſtátem aduérſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit

didit tibi, maius peccátum habet. C Et exínde quærébat Pilatus dimíttere eum. Iudæi autem clamábant, dicéntes: S Si hunc dimíttis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. C Pilátus autem cùm audíſſet hos ſermónes, addúxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunáli, in loco, qui dícitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſcéue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: S Ecce Rex veſter. C illi autem clamábant: S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilátus: S Regem veſtrum crucifigam? C Reſpondérunt Pontífices: S Non habémus regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigerétur. Suſcepérunt autem Ieſum, & eduxérunt. Et baiulans ſibi crucem, exíuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraicè autem Golgotha: vbi crucifixérunt eum, & cum eo alios duos, hinc, & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilátus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarénus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legérunt: quia prope ciuitátem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus: Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicébant ergo Piláto Pontífices Iudæorum: S Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. C Reſpondit Pilátus: S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Mílites ergo cùm crucifixiſſent eum, accepérunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuique míliti partem) & túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, deſuper contexta per totum

tum. Dixerunt ergo ad inuicem: S. Non ſcindamus eam, ſed ſortiámur de illa cuius ſit. C. Vt Scriptúra impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligébat, dicit matri ſuæ: ✝ Mulier, ecce filius tuus. C. Deinde dicit diſcípulo: ✝ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptúra, dixit: ✝ Sitio. C. Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulérunt ori eius. Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: ✝ Conſummatum eſt. C Et inclináto cápite trádidit ſpíritum. Hic pauſatur aliquantulum, & genuflectitur. Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat,) vt non remanérent in cruce córpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum láncea latus eius aperuit, & continuo exíuit ſanguis, & aqua. Et qui vidit, teſtimónium perhibuit: & verum eſt teſtimónium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit: vt & vos credátis. Fa-

-cta ſunt enim hæc, vt Scriptúra impleréctur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum alia Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

POſt hæc autem rogáuit Pilátum Ioſeph ab Arimathæa, (eo quòd eſſet diſcípulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permíſit Pilátus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodémus, qui venérat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum. Accepérunt ergo corpus Ieſu, & ligauérunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelíre. Erat autem in loco, vbi crucífixus eſt, hortus: & in horto monuméntum nouum, in quo nondum quiſquam póſitus erat. Ibi ergo propter paraſcéuen Iudæórum, quia iuxta erat monuméntum, poſuérunt Ieſum.

DE OFFICIO SEPVLTVRAE extraneorum, ſiue ad noſtrum cœmeterium, deferantur, ſiue non.

CVm deferendus fuerit aliquis extraneus ad ſepeliendum, & Fratres ſecundum loci conſuetudinem, ad exeundum ad eius exequias fuerint inuitati, debet Sacriſta hora idonea ſignum ad conuocandos Fratres in chorum cum campana capituli pulſare, & crucem in choro in loco idoneo collocare. Congregatis autem fratribus, Prælato ſignum faciente, ille, cui iniunctum fuerit à Cantore, crucem aſſumens

præ-

præcedat, & fratres ipſum proceſſionaliter ſequantur, iunioribus præcedentibus. Cum autem ad eccleſiam, vbi reliqui inuitati congregantur, venerint, & omnes aliquantulum genibus flexis orauerint, accedant ad aliquam capellam, vel partem ipſius eccleſiæ. Similiter obſeruandum eſt in omnibus proceſſionibus, quando adunantur fratres in aliqua eccleſia: & ſi locus ſit aptus, ibidem in ſilentio ſimul ſedeant, donec hora exeundi ad funus aduenerit. Facto vero ſigno ad exeundum, in ordine ſuo exeant, & ad funus procedant ſicut venerunt. Cum autem appropinquauerint domui defuncti, Cantor voce ſonora legendo incipiat Pſalmum. Miſerere mei Deus: & omnes, qui tunc fuerint in latere dextro proceſſionis, non obſtante, quod aliter in choro ordinetur, inceptum verſum proſequantur: deinde illi, qui ſunt in latere ſiniſtro, alium verſum ſimiliter ſubſequantur. Et ſic alternatim omnes Pſalmos in hac proceſſione dicendos dicant, donec ad Eccleſiam peruenerint. Finito Pſalmo Miſerere. omnes communiter Antiphonam. Exultábunt Dómino. ſubiungant: poſtea Subcantor incipiat Pſal. Te decet. & fratres qui ſunt in latere ſiniſtro, inceptum ℣. proſequantur: alijs qui ſunt in latere dextro alium ℣. ſubiungentibus. Pſalmi in hac proceſſione dicendi ſunt illi, qui in Laudibus officij mortuorum, cum ſuis Antiphonis, aſſignati ſunt vſque ad Pſal. De profundis. incluſiuè. Et ſi oportuerit alios Pſal. ſuperaddi, ſuperaddantur Pſal. nocturnorum ipſius officij mortuorum, cum ſuis Antiphonis,

ſicut fuerit expediens. Hos Pſal. alternatim incipere debent Cantor. & Subcantor, qui ſemper ſimul eſſe debent. Cum autem pertranſierint domum defuncti, ſi funus ad noſtram Eccleſiam deferatur, Hebdomadarius, & Sacriſta cum his, qui per Hebdomadam ſcripti ſunt ad acolytatum, de proceſſione recedentes ad Eccleſiam accedant. Et Sacriſta, ſi conſuetudo loci fuerit, campanam pulſet, donec defuncti corpus ſit in Eccleſia collocatum: Hebdomadarius vero aſſumpto ſuperpelliceo, ſtola & cappa ſerica, ad hoc officium præparata, & libello proceſſionali, præcedentibus Acolytis in ſuperpelliceis, quorum vnus aquam benedictam, & alter thuribulum deferat, veniat ad oſtium eccleſiæ, per quod proceſſio ingredi debet. Et aſſiſtens ad dexteram ſuam, Acolyto ſitulam aquæ benedictæ tenente: ipſe Hebdomadarius in latere oſtij aſſiſtens, ingredientes aſpergat, altero Acolytorum in alio latere ſtante, & ingredientes thurificante. Fratres autem noſtri ingredientes eccleſiam noſtram, ſi alij religioſi non debuerit intereſſe officio exequiarum, ordinent ſe hinc, & inde, à dextris, & à ſiniſtris feretri. Si autem alij religioſi intereſſe debent: ordinent ſe omnes fratres noſtri ex vno latere, & ibi ſtent, donec defunctus ad ſepulturam portandus fuerit. Poſtquam vero corpus in eccleſia eſt collocatum, Hebdomadarius reddito aſperſorio Acolyto, veniat ad caput defuncti, & aſſiſtente ſibi Acolyto cum aqua benedicta à dextris, & altero cum thuribulo à ſiniſtris, incipiat ſequentem Orationem ſine **Dóminus**

vobíſ-

vobíſcum. & abſque O remus. eo modo quo ſolent dici orationes ad Horas.

OFFICIVM SEPVLTVRAE extraneorum. Oratio.

NOn intres in iudícium cum ſeruo tuo Dómine, quoniam nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatórum ei tribuátur remíſſio: non ergo eum, (vel eam,) tua iudiciális ſenténtia premat, quem, (vel quam) tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ comméndat; ſed grátia tua illi ſuccurrénte mereátur euádere iudícium vltiónis: qui, (vel quæ) dum víueret, inſignitus (vel inſignita) eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Hac Oratione finita, & reſponſo à Conuentu: Amen. Cantores ad caput defuncti accedentes, incipiant ℟. Subueníte. vt ſupra. pag. 313. & Conuentus ipſum proſequatur cum Verſu à duobus, quibus Cantor innuerit, ad caput defuncti ſtantibus decantando. Finita reſumptione poſt ℣. Cantores incipiant Kyrie eléiſon. & Conuentus proſequatur: Prædictum autem ℟. & Kyrie eléiſon. cantanda ſunt, ſicut notata ſunt vt ſupra in officio ſepulturæ fratrũ. pag. 314. Idem intelligendum eſt de ℟. ſequenti, & Kyrie eléiſon. Dum prædictum Reſponſorium cantatur, Hebdomadarius aſpergat corpus aqua benedicta, & thurificet illud. Et hoc idem fiat in ſequenti Reſponſorio. Finito Kyrie eléiſon. dicat Hebdomadarius eo modo quo ſupra.

Oremus. Oratio.

DEus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo córpora noſtra, ſed mutantur in melius: ſupplices deprecámur, vt quidquid anima famuli tui (vel famulæ tuæ) vitiorum, tuæque voluntati contrarium, fallente Diábolo, & propria iniquitáte atque fragilitáte contráxit: tu pius & miſericors abluas indulgéndo. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita oratione, ſequitur ℟. inchoandum, & cantandum, vt ſupra de alio dictũ eſt. ℟. Antequã naſcerer. vt ſup. pag. 315. Finita reſumptione poſt ℟. cantetur Kyrie eleiſon. vt ſupra. Quo dicto, dicat Hebdomadarius eo modo, quo ſupra. Orémus. Oratio.

FAc, quæſumus Dómine, hanc cum ſeruo tuo defuncto, (vel ancilla tua defuncta) miſericordiã: vt factórum ſuórum in pœnis non recípiat vicem, qui, (vel quæ) tuam in votis ténuit voluntátem, & quia hic illum, (vel illam) vera fides iunxit fidélium turmis: illic eum, (vel eam) miſerátio tua ſociet angélicis choris. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. ℟. Amen.

Qua oratione finita, dicat Sacerdos alta voce. Pater noſter, Quo dicto dicant illud omnes in ſilentio: & eo finito ſubiungat Sacerdos. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine ánimam eius. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus.

Si fuerit Epiſcopus vel Sacerdos. Oratio.

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes, famulum tuum Sacerdotáli, (vel Pontificáli,) ſi fuerit Epiſcopus, fecíſti dignitáte vigére: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpétuo aggregétur conſortio.

ſortio. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si fuerit vir. Oratio.

